ARTICULI DOMINORUM PRÆLATORUM, BARONUM, MAGNATUM, ET NOBILIUM, COETERORUMQUE STATUUM ET ORDINUM REGNI HUNGARIÆ, &c.

IN GENERALI EORUM CONVENTU, ANNO M. DC. LXXXI. SOPRONII CELEBRATO,

CONCLUSI,

& ab ipſa

SACRA CÆSAREA MAJESTATE
ratificati & confirmati.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOS LEOPOLDUS DEI GRATIA electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Comes Habſpurgi, Tyrolis, & Goritiæ &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quòd cùm nos Inclyti Regni noſtri Hungariæ, publicæ, & jam ferè ab dndecennio, continuis, iisque perniciofis, & ad præſentiarum usque durantibus, per nonnullos Inquietos, & â debita nobis fidelitate avulſos Patriæ ejusdem filios ſuſcitatis inteſtinis motibus, extremè turbatæ, & convulſæ Paci, quieti, ac ſecuritati paternè conſulere ſatagentes, Generalem univerſis Dominis Prælatis, Baronibus, Magnatibus, & Nobilibus, cœterisque Fidelibus ejusdem Regni noſtri Hungariæ, & Partium eidem annexarum Statibus, ac Ordinibus Diætam, ad diem Vigeſimam Octavam Menſis Aprilis, Anni elabentis, in Civitatem noſtram Regiam Sopronienſem indixiſſemus, eique nos etiam perſonaliter præfuiſſemus, tandem poſt diuturnos Tractatus, finitâ eâdem Generali Diætâ, præfati Domini Prælati, Barones, Magnates, & Nobiles, cœterique ejusdem Regni noſtri Hungariæ, & Partium eidem annexarum Status ac Ordines, noſtræ Majeſtatis venientes in præſentiam, exhibuerunt nobis, & præſentaverunt certos quosdam Articulos, in eódem Conventu, unanimi ipſorum Conatu, Voto, & Conſenſu concluſos, ac concinnatos: Supplicantes Majeſtati noſtræ humillimè, quatenùs Nos ipſos eosdem Articulos, ac omnia in illis contenta, ratos, gratos, & accepta habentes, noſtro benigno conſenſu, Regiaque Authoritate clementer approbare, ratificare, & confirmare, atque tam nos ipſi, obſervare, quàm per alios quoscunque obſervari facere dignaremur.

Quorum quidem Articulorum Tenor talis eſt, & ſequitur in hunc modum.

ARTICULI DOMINORUM PRÆLATORUM, BARONUM, MAGNATUM, & Nobilium, Cœterorumque Statuum & Ordinum Regni Hungariæ, partiumque eidem annexarum, in Generali eorundem Conventu, pro Die Vigeſima Octava Menſis Aprilis, Anni Milleſimi, Sexcenteſimi, Octuageſimi Primi indicto, Soproniique celebrato concluſi.

PRÆFATIO.

In qua Status, & Ordines, Suæ Majeſtati pro publicata hac Diæta, gratias agunt, & ut infraſcriptos Articulos diætaliter ſancitos clementer acceptare, & confirmare dignetur ſupplicant.

INter varias infelicis hujus Patriæ, tum alias diverſis vicibus, ſed vel maximè his, ab Undecennio vigentibus inteſtinis motibus cauſatas Fidelium ſuorum Statuum, & Ordinum Regni Ruinas, ac deſolationes, quòd Sua Majeſtas, pro Paterna ſua, ergà afflictum hoc Regnum benignè declarata Clementia, præſentem Univerſis Fidelibus ſuis Statibus, & Ordinibus Regni Diætam clementer indicere, hocque præſentaneum Diætale remedium, in extremis nutanti huic Patriæ, ne totaliter peſſumeat, benignè adhibere, atque Cæſareâ, & Regiâ ſuâ, Auguſtiſſimæque Imperatricis præſentiâ, eosdem Fideles ſuos Status, & Ordines exhilarare, ac tandem pro Univerſali Regni ſecuritate, & tranquillitate procuranda, ad libertatem Regno cum Legum, & Articulorum ſuperinde editorum Confirmatione, reſtituendam, ſeſe clementer reſolvere dignata ſit, in eo etiam Paternam Suæ Majeſtatis pleno Affectu, in ſe effuſam, iidem Status, & Ordines venerabundi agnoſcunt Pietatem. Pro qua, dum hac annorum præteritorum infelicitate, undiquaque ad extremum ferè ruinati, quòd condignarum gratiarum loco, humili obſequio reponant, aliud non habent, eidem Suæ Majeſtati, ſanguinem, & vitam ſuam, pro omni Occaſione, homagiali Obligamine devovent, atque felix, & diuturnum, ad maturos vividæ ſenectutis annos Imperium, concordibus Votis apprecantur. Demiſsè ſupplicantes, ut infraſcriptos eorundem Articulos, velut Juribus, & Libertatibus Regni, tranquillandæque Patriæ, ut plurimùm proficuos, pro moderna ratione temporis, ex certis ſuis Gravaminibus, penès benignam Suæ Majeſtatis Reſolutionem erutos, unanimique voto, & conſenſu, cum benigna ejusdem Annuentia concluſos, clementer acceptare, Regiâque ſuâ Authoritate ratificare, & confirmare, ac tam ipſa benignè obſervare, quàm per alios quoscunque obſervari facere dignetur.

Comes

Digitized by Google

Comes Paulus Eſterhazy, de Galántha, perpetuus in Frakno &c. in Regni Palatinum eligitur.

ARTICULUS I.

ET ſiquidem eadem ſua Majeſtas, pro benigna Paterni ſui Affectus, ergà Fideles Status & Ordines declaratione, in locum defuncti Palatini, in primo ſtatim ingreſſu præſentis Diætæ, ante omnes alios Tractatus Diætales, pro novo Palatino eligendo Viros Natalitiorum ſplendore, propriisque virtutibus conſpicuos, denominare clementer dignata eſſet, atque ex numero eorundem Illuſtriſſimus & Excellentisſimus Dominus Comes Paulus Eſterhazy de Galantha, perpetuus in Frakno Magiſter Curiæ Regiæ, Confiniorum Regni antè Montanorum & Vivarino oppoſitorum Generalis &c. de ſua Majeſtate Auguſtiſſimaque ejusdem Domo Auſtriaca, ac Patria etiam iſta in ſe, & Prædeceſſoribus ſuis benemeritus, pari omnium conſenſu, & voto, in Regni Palatinum electus, & ad ſupremum Regni, poſt ſuam Majeſtatem, Palatinalis dignitatis honorem ſublimatus extitiſſet: ulteriùs etiam Status & Ordines humillimè confidunt, quod eadem ſua Majeſtas eundem Dominum Palatinum fidelem ſervum ſuum in priſtina Jurisdictione, & Authoritate Palatinali juxtà conditionem 7. benigni Diplomatis Regii, & in eadem citatas Leges, prout & Articulum 30. Anni 1659. Matthiæ Regis decreti 5. Articulos 1. 2. 3. 4. 5. & 6. de Palatinatu ſubnexos, nec non Articulum 18. Anni 1608. ante Coronationem; item Articulum 4. Anni 1618. 66. 1609. 14. 1635. & 2. 1555. aliosque ſuperindè conditos, hoc loci renovatos benignè ſit conſervatura; ac de ſalario quoque ejusdem, juxta Conventionem cum ipſo jam initam, clementer diſpoſitura.

Gubernium & Locumtenentia his Revolutionibus introducta, abrogantur.

ARTICULUS II.

SIquidem jam per ipſam Palatini creationem, tam Gubernium, quàm Locumtenentia, his Revolutionibus introducta, ipſo

facto ſublata eſſe dignoſcerentur; Ideò ſigilla etiam, tam Gubernialе, quàm Locumtenentiale, unà cum expeditionibus, à tempore Electionis Palatini emanatis, pro futuro invigoroſa pronuntiantur. Atquè ut in caſu mortis Palatini, Articulus 3. Anni 1608. ante Coronationem editus, hoc loci renovatus, modalitate ibidem denotata, impoſterùm inviolatè obſervetur, & effectuetur, unanimi voto decernitur.

Honorarium Sereniſſimæ Reginali Majeſtati offertur.

ARTICULUS III.

NOviter coronatæ Sereniſſimæ Reginali Majeſtati Dominæ ipſorum Clementiſſimæ, in congratulationem primi in medium ipſorum Adventûs, & Coronationis, Status & Ordines nomine honorarii, à ſingulis portis non dediticii, ſingulum florenum (Dediticiis medium ſolventibus) in duobus Terminis; in uno quidem pro Feſto Sancti Georgii Militis & Martyris, in ſecundo verò ad Feſtum Sancti Martini Epiſcopi proximè futurum, ad Cameram Hungaricam per Comitatus adminiſtrandum offerunt; demiſſè ſupplicantes, ut exiguum hocce munus benignè acceptare, & non muneris ejusdem vilitatem, quàm devotiſſimi ipſorum affectus ſynceritatem conſiderare dignetur.

De Reſidente Hungarico, cum æquali Authoritate Reſidenti Cæſareo adjungendo, & de pace cum Turcis ac in omnibus Negotiis Hungaricis, cum Conſilio Hungarico tractandis.

ARTICULUS IV.

BEnignè annuente ſua Majeſtate concluſum itidem eſt, ut Pax cum Turcis, & omnia Negotia Hungarica, juxta Articulum 2. Anni 1608. ante Coronationem, ac Conditionem 3. & 13. Diplomatis Regii, ſicut & Articulum 25. Anni 1613. 29. 1930. 28. 1635. 50. 1655. 8. 1559. cum Conſilio Hungarico tractentur, & concludantur, taliterque tractata, & concluſa, cum Regnicolis ſemper debito modo communicentur, ac Puncta quoque ipſius Pacis ſolenniter per Comitatus publicentur: Atque ut Reſidenti Cæſareo in Porta Otthomanica conſtituto, Hungarus etiam nativus Reſidens, ita & in Ablegationibus ad eandem Portam in Negotiis Regni

Regni inſtituendis Legato Cæſareo Nativus Hungarus Legatus, cum æquali inNegotiis Hungaricis, tractandi Authoritate, bonâque ad invicem correſpondentiâ, juxtà inſtructionem cum Conſilio Hungarico eidem dandam, ad Mentem Articuli 50. Anni 1655. 36. 1630. 74. 1647. 7. 1649. quos hoc loci renovant, conſtituatur, & adjungatur.

De Milite Nativo ad Numerum in Articulo 3. Anni 1655. expreſſum reducendo, & exolvendo, ac de bona Confiniorum Proviſione.

ARTICULUS V.

QUàm damnoſa fuerit, & etiamnum, quàm periculoſa ſit Militis Nativi ex Confiniis, his annorum Revolutionibus majori ex parte facta exauthoratio, malo ſuo experti ſunt, & in dies experiuntur Regnicolæ; Ideò Articulo 3. Anni 1655. in ſuo vigore permanente, juxtà benignam quoque ſuæ Majeſtatis Reſolutionem decretum eſt, ut præſcriptus Miles Nativus ad numerum in citato Articulo expreſſum, in Confinia Regni, primo quoque tempore reducatur, atque ut iidem Milites, alias in Confinia, cum Perdito Uyvarino amiſſa, vigore ejusdem Articuli ordinati, jam ad alia Confinia eidem oppoſita ordinentur. Nimirùm Nittriam Equites mille, pedites quingenti anteà Uyvarini interteneri ſoliti. Szeredinum equites trecenti, pedites ducenti. Sélliam, & Farkasd, equites trecenti, pedites totidem; nec non ad Kis Tapolcsán equites ducenti, pedites centum quinquaginta. Ad Levam, Szögyenienſes, equites centum quinquaginta, pedites centum. Ad Carponam præter centum equites, vi præcitati Articuli eo deſtinatos, Gyarmathienſes, & Palankienſes equites quadringenti, & pedites trecenti. Ad KékköNeogradienſes equites centum quinquaginta, pedites ducenti. Ac denique ad Fülek, Széchénienſes equites trecenti, pedites ducenti. In partibus demùm cis Danubianis ad præſidium Légrad equites centum quinquaginta, alias ad dirutum præſidium Kis-Komárom deputati. Ad Szalauár, & alia magis neceſſaria confinia pedites ducenti quadraginta. Ad Kanyauár pedites viginti, anteà in Mogyorósd exiſtentes, ordinentur, ac ſine præjudicio Dominorum

Terre-

Terreſtrium, & Proventuum eorundem diminutione, adnumerentur. Et quia in Articulo 3. Anni 1655. nulla de Confiniis Szathmár, & Kalló aliisque locis poſt amiſſum Varadinum Præſidiatis eſſet mentio, proinde partium illarum neceſſitati, ad prohibendas continuas Turcarum Varadienſium excurſiones, de præmiſſis locis & Confiniis, ſufficienti Nativo Milite præſidiandis, ex Conſilio Hungarico, auditis illarum Partium, & Militum Officialium Informationibus quantocyùs providendum occurrit: De continuaque eorundem omnium Militum modo prævio ad Confinia Regni Ordinatorum, & Ordinandorum, ac etiam Banalium, ſicut & ſpeculatorum ubique in Confiniis intertenendorum ſolutione, non tantùm ex proventibus hujus Regni, & mediis eum in finem oblatis, verùm ad mentem Articuli 34. 1638. & 2. 1659. ex Contributionibus etiam vicinarum Suæ Majeſtatis Provinciarum ad Confinia iſtius Regni exolvenda, ordinatis, ac more antiquitùs conſueto, per ſolutores, & Commiſſarios earundem Provinciarum numerandis, effectivè provideatur. Humillimas Status & Ordines referentes gratias, quòd ſummi quoque Pontificis, & Sacri Romani Imperii, ac Catholiciſſimi Regis Hiſpaniarum auxilia, in defenſam hujus Regni veluti ante-muralis totius Chriſtianitatis imploranda Sua Majeſtas in ſe aſſumere dignata ſit; nulli dubitantes, quòd pro ſua, quâ ergà hoc Regnum fertur pietate, Paternâque cura, & ſollicitudine, de neceſſaria quoque eorundem Confiniorum Reſtauratione, & munitione, ad mentem Conditionis Octavæ Diplomatis ſui Regii, ex mutua cum Domino Comite Palatino, & Conſilio bellico in præmiſſis correſpondentia, benignè providere dignabitur.

De certis locis fortificandis, & Præſidio Hungarico muniendis, ſicut & de diruti Confinii Dios-Győr aliorumque Reædificatione.

ARTICULUS VI.

ET cum Confinio Erſek-Uyuár, in manus Turcarum, cum certis aliis Fortalitiis devento; neceſſariò certa loca, pro defenſione Regni fortificanda, & munienda forent; Ideò annuente Sua Majeſtate, præprimis quidem in Partibus Trans Danubianis, Nitriæ ſubarcenſe Præſidium bifariam diviſum muro cingendum,

dum, vicinaque eidem Poſſeſſio Par-Ucza, legitimis ſuis Poſſesſoribus reædificanda, & Jure iisdem incumbente posſidenda; Item inter Nitriam & Leopoldopolim loca Elecske, vel Rechén, aut Lakachy, conventione cum Dominis eorundem proprietariis deſuper fienda, prout & Keſzeghfalva, Gutta, pro defenſione Inſulæ Cſalloköz; præterà dirutum Confinium Dios-Györ, Balogh, & Déuén, pro ſecuritate Montanarum Civitatum, nec non Arx Nyaláb, Béltek, & Károly pro conſervatione Partium Trans-Tybiſcanarum reædificanda, munienda, & Nativo milite ad inſtar aliorum Præſidiorum, æquè ſinè præjudicio Dominorum Terreſtrium, & Proventuum eorundem diminutione, præſidianda, cum prævia nihilominùs per Dominum Comitem Palatinum, & Conſilium Bellicum fienda ſuperinde diſpoſitione decernuntur.

De Gratuitis Laboribus juxtà Articulos Regni, non verò ſecundùm aliquam Tabellam, his motibus introductam, ad loca Articulariter deſtinata, adminiſtrandis.

ARTICULUS VII.

GRatuiti porrò labores, ut juxtà Articulos Regni, ſignanter verò 1655.117.1622.37.1618.52. exigantur, & ad loca Articulariter deſtinata, juxta Articulos 130.1659.116.1655.&6.1649. hoc loci renovatos ſtatis ſuis temporibus adminiſtrentur, atq; ſublatâ prætenſâ certâ Tabellâ, his motibus circà Exactionem eorundem laborum impoſitâ, omnes, & ſinguli, eatenùs introducti abuſus, unà cum Prætenſis exinde Reſtantiis ſimpliciter tollantur, ſed neque pro exemplo ullo modo trahantur, ſtatutum eſt. Et quia Annorum præteritorum infelicitate, amisſis, ac partim in Turcicam poteſtatem deventis, partim verò ruinatis certis hujus Regni præſidiis, Gratuiti quoque labores, anteà ad eadem loca Articulariter deſtinati, aliorum Cōfiniorum iisdem oppoſitorum proviſioni, & reparationi applicandi venirent; Ideò eosdem ex mutua cum Conſilio bellico cointelligentia taliter limitandos cenſent. Ad Nitriam Comitatus Nitrienſis totaliter (exceptis bonis ad Kis Tapolcſan pertinentibus & bonis Hruſſoienſibus ad Kis Tapolcſan applicatis) nec non duo Proceſſus Comitatus Trinchinienſis, unà cum bo-

nis Archiepiſcopatûs Strigonienſis, in iisdem Comitatibus exiſtentibus. Ad Senthe, & Szered tres Proceſſus Comitatus Poſonienſis, itidem cum bonis Archiepiſcopalibus in iisdem Proceſſibus adjacentibus. Ad Sellyam unus Proceſſus Poſonienſis, cum comitatu Strigonienſi, Bonisque Archiepiſcopalibus ibidem habitis. Ad Kis Tapolcſán propriæ pertinentiæ ejusdem in Nitrienſi, & Barſienſi Comitatibus adjacentes. Item quartus ejusdem Comitatus Barſienſis Proceſſus antè hac ad dirutum præſidium Verebély deſtinatus, incluſâ quoque Poſſesſione Velkopolija, poſtquàm ex parte ejusdem in Articulo 103. 1659. hac in parte appoſitâ Exemptionis cautelâ, poſt ſui Turcæ ſubjectionem ceſſaſſet. Ad Levam, tres alii Proceſſus Comitatus Barſienſis, unà cum Bonis Archiepiſcopalibus ibidem habitis (demptis tam Bonis Capituli Strigonienſis, in iisdem Barſienſi, Hontenſi, Strigonienſi, & Nitrienſi Comitatibus adjacentibus) juxtà Articulum 116. 1655. penes Arcem Sancti Benedicti de facto etiam relictis. Item Turócz, & Arva, nec non gratuiti labores, anteà ad Szögyén, præter prænotatum Comitatum Strigonienſem, & Pilis, deputati. Ad Carponam duo Proceſſus Comitatûs Hontenſis, pariter cum Bonis Archiepiſcopalibus. Item totus Comitatus Zolienſis, & unus Proceſſus Comitatûs Trenchinienſis Transmontanus. Ad Bozók pertinentiæ ejusdem, & Præpoſitura Sághienſis, cum Abbatia de Pilis. Ad Kékkö, tertius Proceſſus Comitatûs Hontenſis de facto ſub directione Judicis Nobilium, Emerici Tihany exiſtens. Ad Fülek totus Comitatus Neogredienſis, Lyptovienſis, & Proceſſus Kys Hontenſis, prout & Comitatus Peſt, Pilis invicem uniti. Ad Szomoskeö Bona ad eandem Arcem pertinentia, & Comitatus de Sold. Ad Osdgyán pertinentiæ ejusdem. Ad Cſábrágh, veluti locum multùm Montanarum Civitatum ſecuritati proficuum, Bona ad eandem Arcem ſpectantia, unà cum Poſſesſione Dericze aliàs ad arcem Szitnya pertinente. In Partibus verò cis Danubianis, ad Præſidium Szalauár, diruto & demolito quoque Kys Komárom, præter antiquos ad idem ordinatos Gratuitos labores, Districtus Szighet, Comitatus Sümöghienſis, excepto Pago Darány ad Præſidium Szent Györgyvár deputato, & Chökölly, pro exploratoribus relicto. Ad Légrád Diſtrictus Sásd,

Sziklos,

Sziklos, Babocſa, & Berſencze, additis neceſſariis quibusdam funibus ex diſtrictu Szigethiano, vel aliis quibuscunque Pagis hactenùs conſtrui, & præſtari conſuetis. Ad Szent Groth diſtrictus Kapos, & Kopány, exceptis Látrány, Somogyvár, Körös-Hegy, Szenyér, Tapſóny; ad Szent Györgyvar, deputatis. Item ad idem Szent Györgyvár diſtrictus Szeghesd, cum Pagis jam dictis Latrány, Somogyvár, Köröshegy, Szenyér, Tapſony, Gadány, & Darány. Ad Egerſzegh diſtrictus quinque Eccleſienſis, unà cum bonis Epiſcopatûs ejusdem, exceptis diſtrictibus ad alia præſidia deſtinatis, Caſtello Magyarósd æquè funditùs deſolato, Poſſeſſiones Szücſe & Szent Jakab, anteà eò pertinentes ad præſidium Lövö, cœteris verò locis in ſuo ordine, juxtà poſtremam limitationem Regni permanentibus ordinentur; gratuitis laboribus ad Kapornok, Eghervár, & Pölöske, anteà eò deputatis in ſuo eſſe relictis; bonisque ad Arcem Geſztes ſpectantibus, usque dum idem præſidium reædificabitur, pro gratuito labore ad præſidium Pápa applicandis; Quoad gratuitos labores verò, in ſuperiori Hungaria ad Confinia præſtandos, ſiquidem, amiſſo Varadino, ac diruto etiam Confinio Dios Győr præcipuè his annorum revolutionibus, hinc inde ad præſidia, contra Articularem eorundem limitationem diſtracti fuiſſent. Ideò iidem gratuiti labores, per nativum illarum partium Generalem, ſimul cum tredecim Comitatuum Ablegatis, ad id ſpecialiter convocandis proportionaliter pro cujusvis præſidii neceſsitate, limitandi, diſponendique ordinentur, ſalvâ tamen interim priori Articulari eorundem laborum limitatione permanente.

De Eductione Militis Germani, intereà verò, donec in Regno toleratus fuerit in bona Diſciplina ſervabitur.

ARTICULUS VIII.

Licèt militis extranei contra leges Regni, conditionemque 13. diplomatis Regii, absque conſenſu Regni, diverſis vicibus introducti, ac de facto quoque in Regno exiſtentis, totalem eductionem vigore Articuli 19. 1655. 25. 1659. Regnicolæ non immeritò deſiderare poſſent. Quia tamen pro moderna ratione temporis, idem miles Germanus totaliter è Regno educi non poſſet. Ideò

B 2 donec

donec vigentes moderni inteſtini motus totalem ejusdem militis eductionem, juxtà benignam etiam Suæ Majeſtatis Reſolutionem, primo quoque tempore fiendam conceſſerint, idem miles ulteriùs etiam modalitate in Articulo 25. 1659. 24. 1635. expreſſa, tolerandus; ita tamen, ut ſine moleſtia, & oppresſione Regnicolarum, proprio ære, ſine limitati pretii per ipſum fienda impoſitione vivat, decernitur; ſalvis ſemper legibus Regni ſuperinde conditis, & præſcriptâ conditione 13. Diplomatis Regii in ſuo vigore permanente.

De Privatorum Arcibus, Liberisque ac Montanis Civitatibus, à Præſidio Germanico, his motibus introducto, ſublevandis, ac armis etiam & munitionibus inde ablatis reſtituendis.

ARTICULUS IX.

AD demiſſam porrò Fidelium Statuum & Ordinum Inſtantiam, cum benigna Suæ Majeſtatis annuentia concluſum eſt, ut Miles germanus his motibus in Arces nonnullorum Regnicolarum, nec non Liberas ac Montanas Civitates, antehac nunquam præſidiatas, per totum Regnum ferè pro præſidio impoſitus, primo quoque tempore, unà cum reſtitutione Armorum, & munitionum à locorum Incolis, & ex Arcibus ablatorum, ex mutua cum Domino Palatino & Conſilio Bellico correſpondentia educatur.

De Juribus Prærogativæ Nobilitaris, & Libertatibus Regni obſervandis.

ARTICULUS X.

DE Juribus prærogativæ Nobilitaris, & libertatibus Regni, Leges ſuperinde conditæ Diplomateque Regio firmatæ, ſignanter verò Partis primæ Decreti Tripariti Titulus 9. Andreæ Regis Hyeroſolimitani Articulus 2. 1536. 41. 1613. 24. 1618. 14. nec non omnia privilegia, & ſtatuta Libertatibus Regni deſervientia, à Divis quondam Hungariæ Regibus conceſſa, ac per Suam Majeſtatem etiam confirmata, renovantur; & juxtà conditionem 1. ejusdem Diplomatis Regii, in uſu eorundem, Regnicolæ conſerventur, à modoque impoſterùm contrà easdem, & eadem, ad nullius omninò inſtantiam, quoquo modo moleſtentur,

tur,

Digitized by Google

tur, & damnificentur, & quæ hactenùs, præcipuè his annorum Revolutionibus, intrà, vel extrà Regnum, contrà eadem Jura & libertates Regni, facta fuiſſent, illa omni vigore, & efficacia careant, & nec in Judiciis, nec extrà, in exemplum trahantur.

De Bonorum Confiſcatorum Reſtitutione, & Litterarum Reverſalium, Fidejusſionalium, Contractualium, & Bonorum ceſſionalium Caſſatione.

ARTICULUS XI.

QUoad Bona per Fiſcum confiſcata, quidquid Prætendentes damnificati, legaliter prætendere poſſunt, illud ipſis, Sua Majeſtas per Commiſſarios Nativos, in hanc rem ocyùs denominandos, penès Legalem cujusque Prætenſionem citrà diſcusſionem tamen Caſuum Notoriorum, asſignare dignabitur. Bona porrò, quæ Sua Majeſtas reſtitui jam anteà demandaverat, & necdum reſtituta fuiſſent, unà cum literalibus Inſtrumentis eadem concernentibus, ſine ulla cunctatione, in ſtatu, quo nunc ſunt, reddantur. Quæ verò Bona privatâ authoritate per Officiales Cameraticos occupata, ſineque, vel cum conſenſu ſuæ Majeſtatis alicui donata, vel illegitimè in alios translata eſſent, legitimis eorundem poſſeſſoribus cum plenaria ſatisfactione per eosdem Commiſſarios itidem reddantur. Bona denique his motibus per privatos quoscunque ſibi appropriata, ad mentem articuli 4. 1542. Conſtitutionum Poſonienſium per Vice-Comites Comitatuum compertâ rei veritate, legitimis ipſorum Dominis, ipſo facto, per omnia opportuna media reſtituantur. Similiter litteræ Reverſales, Fidejusſionales, Contractuales, & Bonorum Ceſſionales, Bona reſtituenda aut reſtituta concernentes, per Commiſſarios Suæ Majeſtatis ſupraſpecificatos legaliter cognoſcantur & quæ contra leges Regni extortæ compertæ fuerint, caſſentur. Quoad reliqua demùm per Fiſcum abalienata, ſuplicant Status & Ordines, quatenùs reſpectu etiam demiſſæ eorundem interpoſitionis apud Suam Majeſtatem factæ damnificatis prætendentibus ad humillimam ſuam ſupplicationem, gratiam ſuam Cæſaream & Regiam cum accommodatione eorundem impertiri dignetur. Pro cognitione autem & aſſignatione præmiſſorum, Commiſſarios

Digitized by Google

rios denominant. Domino Comite Palatino ubi commodè fieri poterit Præſide, ac â parte Cameræ Hungaricæ uno Conſiliario nativo præſente. In ſuperioribus Regni Partibus Reverendisſimum Dominum Petrum Korompay Epiſcopum Agriēſem, Comitem Stephanum Chiaki Seniorem illarum partium Generalem, vel illo qualitercunque intereſſato, Comitem Georgium Erdeödy, Paulum Orofz, & Stephanum Kalmanczay Domini Judicis Curiæ Regiæ Prothonotarium, cum uno vel altero ex Vice-Comitibus; in partibus verò Transdanubianis, Reverendisſimos Dominos Nicolaum Ballogh Epiſcopum Chanadienſem, vel Joannem Kalmanczay Epiſcopum Scardonenſem, Comitem Chriſtophorum Erdeödy, vel Valentinum Balaſſa, alterum Valentinum Senthe Vice-Palatinum, & Paulum Orban Perſonalis Præſentiæ Prothonotarium, cum uno vel altero ex Vice Comitibus; In partibus demùm cis Danubianis Reverendisſimum Dominum Ægydium Gëonczy Archi-Abbatem Sacri Montis Pannoniæ, Comitem Petrum Széchy, vel Franciſcum Kéry, nec non Nicolaum Faluſy, & Stephanum Talian Prothonotarium Palatinalem, cum uno vel altero ex Vice-Comitibus Comitatuum, non obſtante unius vel alterius præmiſſorum Commiſſariorum abſentia.

Repartitio, Acciſæ, exindeque qualitercunque prætenſæ reſtantiæ ſimpliciter tolluntur.

ARTICULUS XII.

AD demiſſam fidelium Statuum & Ordinum Regni inſtantiam, benignè annuente Suâ Majeſtate Repartitionis & acciſarum onera his motibus introducta, ac exinde qualitercunque prætenſæ reſtantiæ, ſimpliciter & de plano tolluntur, Litteræque eatenùs Conſenſuales, quæ per aliquos Regnicolarum extradatæ fuiſſent, caſſantur; atque ne Regnicolæ à modo impoſterùm talium & his ſimilium onerum Impoſitionibus, liberiſque Militum extraneorum Quarteriis, vel pro limitato pretio Annonæ, pabuli, fœni, & victualium per quoſcunque impoſitis, vel imponendis coëmptionibus, aliiſque gratuitis ſervitiis, contra expreſſas Regni leges, ſignanter verò Articulum 11. Matthiæ Regis Decreti 6. hoc

Digitized by Google

hoc loci confirmato, onerentur, ſtatuitur; Ac Uladiſlai Regis quoque Decreti 5. Articulus 1. renovatus, etiam ad ſingulos Dominos, Prælatos, Barones, & Magnates, Liberaſque ac Montanas Civitates eatenùs obſervandus, præſenti ſtatuto extenditur.

De Cameræ Hungaricæ cum Aulica correſpondentia, & non dependentia, deque extraneorum Officialium, imò & ſuperfluorum Nativorum amotione.

ARTICULUS XIII.

DE correſpondentia CameræHungaricæ cum Aulica, & non dependentia Articulos 21. 1609. 18. 1622. & 11. 1655. ac alios ibidem citatos renovandos, abuſuſque omnes contra præſcriptos Articulos, & Jura Regni, hactenùs commiſſos, tollendos, ac omnes extraneos Officiales (ſignanter verò Vice-Præſidem Cameræ Poſonienſis, & Adminiſtratorem Caſſovienſem) ex Cameris amovendos, imò & nativos ſuperfluos, ac inutiles, propter bonum Fiſci Suæ Majeſtatis Regii, ad certum numerum reſtringendos, unà cum amotione Contraſcribarum penès Triceſimatores impoſitorum, ad mentem Articuli 146. 1647. ſimpliciter fienda, judicant Status & Ordines, ſimulque Suæ Majeſtati humillimè ſupplicant.

De Regni Theſaurario ſæculari conſtituendo.

ARTICULUS XIV.

SImiliter cum his revolutionibus, contrà expreſſas Regni Leges, ſignanter verò Articulum 15. 1618. ad 5. 1608. ante Coronationem, nec non Pacificationis Viennenſis Articulum 5. Officium Theſaurariatûs Regni, non ſæculari, ſed Eccleſiaſticæ Perſonæ collatum fuiſſet. Ideò renovatis iiſdem legibus, cum benigna Suæ Majeſtatis annuentia, ſtatuitur; ut pro eodem officio, ſtante præſenti Diætâ, Indigena ſæcularis Perſona, ac de Patria benemerita, denominetur; quæ loco moderni Domini Præſidis, primo quoque tempore conſtituatur, atque ut idem Officium, à modo imposterùm, ſemper Perſonæ ſæculari conferatur.

Digitized by Google

Media Triceſima, & certum Vectigal ſalis in ſolutionem Militum Nativorum usque ad futuram Diætam offertur.

ARTICULUS XV.

Quo verò ſolutioni Nativorum Confiniariorum commodiùs provideri poſſit, Regnicolæ ulteriùs etiam mediam Triceſimam in eum finem convertendam, ac prætereà certum vectigal ſalis, in ſuperiori quidem Hungaria, tam beneficio Tybiſci, quàm curruum per Terram induēndi, à ſingulo lapide ſalis beneficio aquæ inducto per denarios duos ſublatis privatorum Teloniis hinc inde per diverſos erectis, occaſione porrò curruum per terram invecto per denarium unum limitativè exigendum. In inferiori verò Hungaria Comaromium ac ad alia loca, uti & in Comitatum Arvenſem ex Polonia inducendi, à ſingulo centenario per denarios viginti quinque (quos videlicet hactenùs Camera Hungarica contrà conſuetum vectigal Regium exegiſſet) deſumendum, & manibus certi Perceptoris ſtante Diætâ denominandi ſub onere annualium rationum Domino Comiti Palatino, vel aliis per eum deputandis dandarum, unà cum proventibus mediæ Triceſimæ aſſignandum, usque ad futuram Diætam cum ſumma Draskovichiana fortificationi Confiniorum applicanda offerunt.

Rationes de Reſtantiis omnis generis Contributionum ab earundem Perceptoribus exigendæ, & ſumma mille Tallerorum viduæ Paluggyanæ relaxata.

ARTICULUS XVI.

Et quia de media Triceſima ab Anno 1649. usque ad præſentem Diætam in Confiniariorum Solutionem deſtinata aliisque ſubſidiis & contributionibus pro publicis Regni neceſſitatibus ordinatis, ſicut & de ſumma Draskovichiana ac de gratuitis quoque laboribus eorundemque reſtantiis in quantum alio per ſpecialia ſuæ Majeſtatis mandata prouti Comitatus Trenchinienſis applicati non fuiſſent, ab eorundem Perceptoribus hactenùs vix aliquæ datæ fuiſſent rationes, ideò juxta articulum 6. 1649. 10. 1638. 9. 1635. 27. 1625. 116. 1655. præſcriptarum omnium Contributionum Rationes, ab earundem Perceptoribus (ſi qui

illas

illas necdum dediſſent) ipſorumque ſucceſſoribus ſicut & de præſcriptis unius groſſi à ſingulo pecore per omnes Triceſimatores contrà Articulum 88. Anni 1647. factis exactionibus ac per Triceſimatorem quoque Jaurienſem de duobus cum dimidio denariis, ſimiliter à ſingulo pecore hactenùs indifferenter contrà vectigal Regium deſumptis, quo nam videlicet talem Proventum ipſi Triceſimatores convertiſſent, ab iiſdem ſimiliter vel eorundem Succeſſoribus exigendæ decernuntur; ac in eum finem ad mentem Articuli 35. 1647. certi etiam Exactores; In partibus quidem cis & ultrà Danubianis Dominus Comes Palatinus, vel illo legitimè impedito Domini Generales nativi illarum Partium, Reverendisſimus Dominus Petrus Korompay, Epiſcopus Vaccienſis; Item Magnifici, Comes Nicolaus Draskovich, & Matthias Oſzroſich, egregii prætereà Valentinus Szenthe, Vice-Palatinus, Matthias Sigray Perſonalis Præſentiæ Regiæ Prothonotarius, alter Matthias Prayner, nec non Vice-Comites Comitatuum eorundem in Civitatem Poſonienſem. In Partibus verò Hungariæ ſuperioribus futurus Generalis illarum partium nativus vel illo non exiſtente, Comes Stephanus Chiaky, Senior, Reverendisſimus Dominus Georgius Horvath Epiſcopus Corbavienſis; Magnificus Ladislaus Karoli Gabriel Kappy, Stephanus Kalmanczay, & Vice-Comites illarum partium. In Civitatem Caſſovienſem non obſtante unius vel alterius abſentiâ utrobique pro Feſto Converſionis Sancti Pauli proximè venturo, vel alio, per Dominum Palatinum competenter præfigendo, denominantur. Atque cum annuentia ſuæ Majeſtatis, ad demiſſam Nobilis Dominæ Sophiæ Pornemiſza, primùm quidem Gabrielis condam Palugyay, expoſt verò Joannis Spáczay Egregiorum, aliàs Cameræ Hungaricæ Perceptorum relictæ Viduæ Inſtantiam, mille Talleros Imperiales, quibus eadem poſt mortem præſcripti prioris Mariti ſui, ſe Reſtantiariam agnoviſſet, Articulariter relaxantur.

Certum Annonarium ſubſidium, ad Vicinas Domos Annonarias, vel vicina Præſidia adminiſtrandum offerunt Regnicolæ.

ARTICULUS XVII.

DE ſubſidio Annonario, in quantum moderni temporis Ratio, Regnicolarumque & miſeræ Plebis tenuitas permittit, Sta-

C tus

tus & Ordines ad ſeriam ſuæ Majeſtatis Adhortationem ſuccurrere volentes, dummodò Miles, tam extraneus ad tempus tolerandus, quàm Nativus in bona diſciplina conſervetur, à ſingula Porta; In ſuperioribus quidem Regni Partibus, per duos Cubulos Caſſovienſes (ſi futuram Meſſem pacificam habuerint) ad Feſtum Sancti Michaëlis Archangeli Anni 1682. ad vicinas domos Annonarias, vel vicina Fortalitia in natura præſtandum; In Partibus verò cis & ultrà Danubianis, itidem à ſingula Porta per ſex Metretas Tyrnavienſes, pro duobus Terminis, uno quidem pro Feſto Sancti Georgii Militis & Martyris, pro altero verò, ad Feſtum Sancti Michaelis Archangeli (defalcatis ubique per totum Regnum cum prævia Portarum Rectificatione deſolatis & combuſtis, ac poſt ultimam Articularem in Anno 1647. factam Connumerationem Tributariis factis, dimidium ſolventibus) itidem ad vicinas ſibi domos annonarias, vel vicina Præſidia, pro ſequenti duntaxat Anno 1682. adminiſtrandum, atque in caſu neglectæ per aliquos Comitatus, in præſcriptis Terminis fiendæ præſtationis, non manu extraneâ militari, ſed per Dominum Comitem Regni Palatinum (in partibus verò ſuperioribus Nativum Generalem illarum Partium) irremiſſibiliter exigendum ſpontè offerunt; Atque ne frumentum per Cameras, vel homines Suæ Majeſtatis ad rationem militiæ coëmendum cariori illis, quàm aliis communiter in foris hebdomadalibus venditur pretio venum exponatur ſub gravi animadverſione Comitatus, in Civitatibus verò Judicum loci fienda ſtatuitur.

Contrà excedentes Nativos Capitaneos, alioſque Officiales & milites confiniarios, qualiter procedendum.

ARTICULUS XVIII.

Cum præter alias hujus Patriæ calamitates, ex Confiniariorum militum ſicut & liberorum Haydonum inſolentia, magnam ſui oppreſſionem Regnicolæ hactenùs tolerare neceſſitati fuiſſent, dum videlicet ipſi locorum Capitanei nonnullos Nobiles diverſis ſub prætextibus arreſtare, vulnerare, compedibus injicere, imò & interimere alios ad ſedem ſuam Bellicam attrahere, ad productionem Litterarum & Privilegiorum urgere, Mandata

Superio-

Superiorum Judicum contemnere, Regios & Capitulares, Judicésque Comitatus, in inquiſitionibus & executionibus procedere volentes, non admittere, Perſonas Juriſdictioni ſuæ ſubjectas, à veritate perhibenda prohibere, Curias Nobilitares invadere, & in Juriſdictionem Dominorum terreſtrium ſeſe ingerendo, Educilla, Macella & alios proventos ſibi appropriare, pretium victualium pro libitu limitare, fugitivos Colonos non reſtituere, verùm eoſdem ad proprios fundos recipere, vel ad accipiendum ſtipendium inſtigare, ad proprios autem fundos redire volentes, omnibus bonis ſpoliare, malefactores protegere, condemnatosque dimittere, ad Pagos diverſis ſub prætextibus excurrendo, à locorum Incolis omnis generis hoſpitalitates & victualia extorquere, ciſtas confringere, pecora abigi curare, Nobiles ad gratuitos labores compellere, à miſera plebe eoſdem in triplo, quadruplo exigere, inſolita victualia Pagis imponere, ac alia quævis ferè oppresſionum genera, Prædasque & rapinas impunè exercere, nihil penſi ducerent. Ad tollendos igitur, tam præſcriptos, quàm alios illis ſimiles, in manifeſtum derogamen Nobilitaris prærogativæ, & miſeræ plebis oppresſionem, Regnique ruinam vergentes, tam modernorum, quàm futurorum Capitaneorum, & Officialium, militumque Gregariorum Exceſſus unanimiter decretum eſt, ut renovatis priorum annorum Conſtitutionibus ſuperindè conditis, ſignanter verò 15. & 16. 1659. ac 82. 1649. in ipſos excedentes Capitaneos Confiniorumque Officiales, ipſi Generales Nativi, illis verò ad primam Domini Comitis Palatini admonitionem nolentibus, vel quoquo modo prorogantibus, aut intereſſatis, ipſe Dominus Comes Palatinus quàm primùm ſui in præſentiam citare, compertâque rei veritate juxtà exigentiam delicti, etiam cum privatione Officiorum refuſioneque damnorum illatorum punire. In Gregarios verò milites, tam ſtipendiarios, quàm liberos ipſi Confiniorum Capitanei cum ſatisfactione damnificatis danda, effectivè animadvertere debeant, & teneantur. In quo ſi remisſiores forent, extunc contra illos Magiſtratus Comitatuum, ubi poſſesſionati fuerint, vigore Brevium Jure procedere, ac pœnam in articulo 15. 1659. ſpecificatam de Bonis eorundem in una quidem pro parte Actorea, in altera Judici

dici Cauſæ, in tertia verò pro neceſſitatibus Comitatus cedente & applicanda, procedere poſſint & valeant. Salvis nihilominùs prioribus Legibus Regni (qui eis uti voluerint) contrà Capitaneos & Officiales Confiniorum permanentibus, qui verò ſub decurſu præſentis Diætæ, ejusmodi exceſſus committere præſumpſiſſent, ob quos ad tertium etiam citari meruiſſent, contrà eosdem per Dominum Comitem Palatinum juxtà leges Regni ſuperinde conditas pro demerito ſolutâ ipſo facto præſenti Diætâ, animadvertatur.

Nobiles in Confiniis degentes, per Capitaneos & Officiales Confiniorum in ſuis Juribus & Libertatibus Nobilitaribus non moleſtandi.

ARTICULUS XIX.

IN ordine porrò ad Nobiles in Confiniis degentes, in antiquis eorundem Juribus, Privilegiisque & Libertatibus conſervandos, & neque in iisdem per ſupremos & Vice-Capitaneos aliosque Officiales Confiniorum quoquo modo præter viam Juris turbandos Articuli 81. & 82. 1649. 21. 1659. & 55. 1609. ac alii ſuperindè conditi renovantur, & ſtrictisſimè per omnes Locorum capitaneos obſervandi decernuntur.

Exactiones omnis generis per Officiales utriusque nationis hinc inde in pasſibus, & Pontibus ſibi vendicatæ, ſimpliciter tolluntur.

ARTICULUS XX.

CUm his annorum Revolutionibus, præter alias Regnicolarum oppresſſiones, Officiales utriusque nationis, certas etiam illegales penſiones & vectigalium exactiones in Pontibus & Pasſibus, hinc inde per Regnum, ſignanter verò in fluviis Vagh, Dudvagh ad Leopoldopolim, in dumetis Karkocz Szeredinum, Sellyam, Trenchinium, Guttam, & Camaromium, necnon ſupra Jaurinum ad Rapczahid, ſicut & in Tibiſco ad Tokainum, ac aliis in locis violenter ſibi vendicaſſent. Ideò clementi Suæ Majeſtatis annuentiâ inhibitis & ſublatis, perbenignas Litteras Patentes ad omnes Officiales Bellicos extradatas, omnibus ejusmodi Penſionibus & exactionibus, ne à modo impoſterùm Regnicolæ & eorundem

rundem

Digitized by Google

rundem homines ac ſubditi per talia violenta & Legibus Regni præjudicioſa vectigalia per Prætactos Officiales & quidem nativos, ſub pœna violentiæ, extraneos verò amotionis eorundem, ad præviam Comitatûs querelam, eatenùs Domino Comiti Palatino deponendam quoquo modo moleſtentur, ſtatutum eſt.

Ne in Ponte Poſonienſi minoris Danubii, Vectigal ſeu Telonium à Regnicolis eorundemque Servitoribus & Colonis in ipſorum negotiis proficiſcentibus exigatur.

ARTICULUS XXI.

IN negotio Pontis Poſonienſis minoris Danubii, hactenùs per Cameram Hungaricam cum præjudicio Nobilitaris Prærogativæ cum exactione Vectigalis uſuati, ſtatutum eſt, ut à modo impoſterùm, nullum Vectigal ſeu Telonium, in eodem Ponte, à Regnicolis Dominorumque Servitoribus, & eorundem Colonis in negotiis ipſorum proficiſcentibus, ac aliis de Lege Patria à ſolutione Teloniorum ſeu Vectigalium exemptis, ſub pœna violentiæ quoquo modo exigatur, verùm in exactione illius modus per Comitatum Poſonienſem primo quoque tempore limitandus (ſine præjudicio tamen Nauli Civitatis Poſonienſis, hactenùs ab antiquo uſuati aliorumque Intereſſatorum) donec idem Pons duraverit, obſervetur. Interim verò idem Ramus ſeu meatus minoris Danubii, tam pro commoditate itinerantium, quàm pro fortalicii Jaurienſis reſpectu Danubii illac verſus ſeſe nimiùm diffundentis proviſione, gratuitâ operâ Poſonienſis & Moſonienſis Comitatuum per erectionem certorum Aggerum præcludendus decernitur.

De extraneorum militum ac Bellicorum Officialium exceſſibus dandaque damnificatis ſatisfactione.

ARTICULUS XXII.

ET ſiquidem præter præſcriptas Vectigalium extorſiones, idem miles extraneus à compluribus annis miſeros locorum Incolas, Nobiles æquè ac Liberarum & Montanarum Civitatum Cives, afflictamque Plebem, diverſimodè opprimere, incaptivare, verberare, lethaliter vulnerare, imò & interimere, macella item

Digitized by Google

& educilla in Præſidiis & liberis Montaniſque Civitatibus pro ſe uſurpare, per variaſque condeſcenſiones, gratuitas Vecturas, Lytrationes, Pecorum abactiones, eoſdem damnificare, ſtationes & Quarteria pro beneplacito ſibi uſurpando, in Caſtella, Curias Nobilitares, in Liberis etiam & Montanis Civitatibus ac Præſidiis habitas, Parochiaſque & ſcholas condeſcendere, eaſdem expilare, ac ipſas quoque Sacras Ædes ſacrilegè violare conſuéviſſent. Ideò ad refrœnandam eatenùs quoque ejuſdem militis licentiam, cum benigna Suæ Majeſtatis annuentiâ ſtatuitur, ut præſcripti milites à ſimilibus liberis condeſcenſionibus, macellorumque & educillorum libero uſu, ſicut & ab omnibus damnis, & violentiis locorum Incolis inferendis, ſeriò inhibeantur; excedentes verò, ad inſtantiam damnificatorum, per Officiales ipſorum cum danda damnificatis ſatisfactione ſeriò puniantur, Inquiſitioneſque contrà eoſdem, per Magiſtratus Comitatuum, aliaque loca juxtà leges Regni authentica, uti ſunt Conventus & Capitula celebratæ, & celebrandæ ubiq; in judiciis robur ſuum & vigorem habeant, clementer annuente Suâ Majeſtate, decernitur. Caſu verò, quo Officiales in præmiſſis remiſſiores vel intereſſati forent, extunc delatâ ad Dominum Comitem Palatinum, In ſuperiori verò Hungaria nativum illarum Partium Generalem querelâ, ipſi Officiales juxtà Articulum 5. 1559. 64. 1647. ad inſtantiam damnificatorum compertâ Jure militari per utriuſque Nationis Judices ad id convocandos rei veritate, cum danda eiſdem damnificatis ſatisfactione puniri poſſint.

Pro rectificatione Metarum Regni cum vicinis Provinciis renovato Articulo 66. 1659. & aliis ibidem citatis, Commiſſarii denominantur.

ARTICULUS XXIII.

Siquidem ad demiſſam Regnicolarum Inſtantiam Sua Majeſtas ex parte hæreditariarum ſuarum Provinciarum huic Regno vicinarum, pro rectificatione Metarum inter eaſdem, & Regnum hoc, paſſim controverſarum, certos Commiſſarios (cum reaſſumptione Commiſſionis in Anno 1677. ordinatæ) denominaturam ſe clementer reſolviſſet, ac vicinam etiam, huic Regno Rempublicam Polonam, & Regem, ſicut & Principem Transylvaniæ ratione

ratione ſimilium differentiarum Metalium complanandarum ſe requiſituram benignè obtuliſſet. Ideò ex parte quoque hujus Regni, renovato hoc loci Articulo 66. 1659. ac aliis ibidem citatis in eum finem Commiſſarii nominantur. Circa Auſtriam in Bonis Köpcheny & Minichwold, nec non inter Civitatem Poſonienſem & Poſſeſſionem Farkasfalu, ſeu Bolfſtal, Illuſtriſſimus & Reverendisſimus Dominus Georgius Széchény Archiepiſcopus Colocenſis, Reverendiſſimus Dominus Joannes Kalmanczay Epiſcopus Scardonenſis & Præpoſitus Poſonienſis, Magnifici Comes Nicolaus Draskovich, Comes Petrus Széchy, Stephanus Orban, Perſonalis Præſentiæ Regiæ in Judiciis Locumtenens & Conſiliarius, nec non Egregii Valentinus Szenthe Vice-Palatinus, Georgius Horvath Kiſeuitih, Cameræ Hungaricæ Conſiliarius, & Petrus Szapari. Circa Moraviam inter Dominia Holicz, ad Hodonyin, Szakolcza & Berencz, ad Sztraznicza, prouti & Beczko, Trenchiny, Bicze, Lednicze, ac Besztercze, Reverendiſſimus Dominus Joannes Gubaſſoczy Epiſcopus Nitrienſis & per Hungariam Aulæ Cancellarius, Magnifici Comes Stephanus Zichy, Senior, præfatus Stephanus Orban, Matthias Oſztroſich, nec non Egregii Georgius Gilany, Cameræ Hungaricæ Conſiliarius, Paulus Orban Perſonalis Præſentiæ Prothonotarius Johannes Medniánſzkz Tabulæ Judiciariæ Regiæ Juratus Aſſeſſor, & Emericus Küszeghy Comitatus Nitrienſis Vice-Comes; circa Sileſiam Reverendiſſimus Dominus Georgius Feniesy, Epiſcopus Almiſienſis, Magnifici Emericus & Alexius Revay, Franciſcus Pongracz, nec non Egregii Georgius Terſtyanszky, Joannes Lapſanszky, Senior, Emericus Huszar Comitatus Turoczienſis Vice-Comes, & Stephanus Szuliouszky aliter Sirmienſis; Circa Styriam Reverendiſſimus Dominus Paulus Széchény Epiſcopus Quinque Eccleſienſis, Magnifici Comites Franciſcus Eſterhazy, Joannes Draskovich, Admodum Reverendus Dominus Stephanus Telekeſy, Præpoſitus Sancti Adalberti, nec non Egregii Joannes Horváth, Franciſcus Bachmegiey Caſtri ferrei, Joannes Perneszy Sümögienſis & Szaladienſis Comitatuum Vice-Comites. Circa Carinthiam & Carnioliam, Reverendiſſimus Dominus Martinus Borkovich Epiſcopus Zagrabienſis, vel loco illius Admodum Reverendus Dominus Michaël

chaël

chaël Boczak, ejuſdem Capituli Præpoſitus major, Magnificus Nicolaus Keglevich, Egregii Balthaſar Wragovich Vice-Banus, Petrus Antolchich Regni Croatiæ Prothonotarius. Item unus ex Vice-Comitibus Comitatuum Zagrabienſis, vel Varasdienſis. Circa Poloniam Reverendiſſimus Dominus Andreas Sebeſteny Epiſcopus Tranſylvanienſis, Magnifici Comites Stephanus Chiaky Senior, Sigismundus Homonnay, nec non Egregii Gabriel Kapy, Franciſcus Putnoki, Stephanus Szirmay, Ludovicus, Sztankay & Balthaſar Geörgëi. Circa Tranſylvaniam futurus Epiſcopus Agrienſis, vel Reverendiſſimus Dominus Georgius Horváth Epiſcopus Corbavienſis, Magnifici Ladislaus Karoly, Joannes Preny, nec non Egregii Adamus Kende Szatmarienſis, Petrus Nyakas de Szabolez Comitatuum Vice-Comites, Franciſcus Klobucziczky, & Adamus Vay. Qui quidem Commiſſarii modo prævio denominati vel loco fors mortuorum aut legitimè impeditorum alii per Dominum Comitem Palatinum; In Croatia verò per Dominum Comitem Banum ſubſtituendi, ac à parte vicinarum quoque Provinciarum quàm primùm denominandi, ad promulgationem ejusdem Domini Comitis Palatini ad metas & limites controverſos comparere, & convenire, ſepoſitisque quibusvis impedimentis, & dilationibus ejusmodi metales differentias, non obſtante etiam inter Firſtenfeldenſes & Comites de Battyan, initâ toti Regno præjudicioſâ Tranſactione, vel aliis interventis in Comitatu Szaladienſi Commiſſionibus (gravamine inter familiam Szuniogh & Poſſeſſores Domini Sztrechen ex mutuo partium aſſenſu ad proximè futuram Regni Diætam in eo quo nunc eſſet ſtatu relegato reaſſumendo) rectificare, nocivaque & præjudicioſa in Territoriis Regni ædificia ſeu aggeres, ex æquo & juſto cum deſtructione etiam talium ædificiorum, ſeu aggerum, reſtitutioneque omnium à Regno & Dominis Terreſtribus avulſorum, complanare & determinare, ſicut & poſſeſſiones ac Bona, cum omnibus eorundem pertinentiis inter complanandos & ad Hungariam reapplicandos limites exiſtentia, cum iisdem limitibus, ad mentem Articuli 30. 1655. huic Regno ipſo facto reincorporato. Quæ verò à finali ſententiæ pronuntiatione dependerent, uti eſt inter Civitatem Szakolchenſem & Dominum Sztrasnicza (pronuntiata ſenten-

ſententia) finali & effectivæ executioni demandari poſſint ac debeant. Si verò ex parte Provincialium præmiſſorum effectuatio dilata fuerit, ipſo facto negotium anotatarum metarum & locorum controverſorum pro parte comparentium in rem adjudicatam & obtentam tranſiviſſe intelligatur; & cum aſſiſtentia etiam Suæ Majeſtatis executioni demandetur. Pro Dominii Manesdorff alias Sárſenek reincorporatione autem, huic Regno ad formam Articuli 25. 1649. per Commiſſarios à parte etiam Auſtriæ denominandos fiendâ Status & Ordines demisſè inſtant.

De Redemptione Arcis Luiblio cum 13. Oppidis Scepuſienſibus.

ARTICULUS XXIV.

CONfirmatis hoc loci priorum Annorum Articulis ſuperindè conditis, ſignanter verò Articulo 40. 1659. & aliis ibidem citatis, ſiquidem Illuſtriſſimus & Reverentiſſimus Dominus Georgius Szechény Archi-Epiſcopus Colocenſis ex ſingulari ſuo ergà Patriam hanc Zelo Arcem Luiblio cum 13. Oppidis Scepuſienſibus, & reliquis eorundem appertinentiis vitâ ſuâ Comite proprio ære (accedente jam etiam benignâ ſuæ Majeſtatis annuentiâ) ad rationem Confiniariorum Nativorum ſuperioris Hungariæ poſt mortem ſuam articulariter deſtinandis, intereà verò donec vixerit per ſe poſſidendis ſe redempturum ſpontè compromiſiſſet. Ideò pro eadem liberalitate dicto Domino Archiepiſcopo Status & Ordines debitas gratias referunt, & in eum finem ad Regem & Rempublicam Poloniæ certos Commiſſarios ſtatim poſt præſentem Diætam, illuc cum ſufficienti inſtructione expediendos utpote futurum Epiſcopum Agrienſem, Comitem Sigismundum Homonnay, Egregium Stephanum Szirmay, & Civitatum Caſſovienſis ac Leuchovienſis Judices, pro tempore futuros denominant, firmiter confidentes, quòd idem Dominus Archiepiſcopus juxta oblationem ſuam, pro expenſis itinerariis dictorum Commiſſariorum promiſſam decem millium florenorum ſummam manibus Domini Comitis Palatini ſit depoſiturus.

De libero Religionis Exercitio.

ARTICULUS XXV.

ET quia propter bonum Pacis, tranquillitatemque Regni publicam in negotio Religionis quoque ſua Majeſtas ſeſe benignè

D reſol-

reſolvere dignata eſſet. Ideò eandem etiam Reſolutionem Articulis Regni Status & Ordines inſerunt; ac imprimis quidem cum liberum Religionis Exercitium, jam anteà in Anno 1606. vigore Pacificationis Viennenſis conceſſum, his motibus à parte nonnullorum interturbatum fuiſſet. Ideò confirmato hoc loci Articulo 1. dictæ Pacificationis idem exercitium omnibus & ubique per Regnum (ſalvo tamen Jure Dominorum Terreſtrium) juxta Articulum 1. Anni 1608. ante Coronationem editum, liberum permittitur, ac Prædiantibus quoq; & Scholarum Magiſtris aliàs vel proſcriptis, vel propter certas Reverſales munia ſuæ Profesſionis exercere non valentibus liber in Regnum reditus, liberaque Religionis ſuæ profeſſio & Exercitium, caſſatis eatenùs etiam ipſorum Reverſalibus conceditur, & nullus Regnicolarum in libero ſuæ Religionis exercitio à modo imposterùm quoquo modo turbetur. Sed neque Auguſtanæ & Helveticæ Confeſſioni addicti, ad Cæremonias Confeſſioni ſuæ contrarias compellantur.

De Templorum & Locorum pro iisdem ædificandis aſſignatione.

ARTICULUS XXVI.

AD hæc Templa quoque per Auguſtanæ & Helveticæ Confesſioni addictos ædificata & ritu Catholico necdum reconciliata per certos Commiſſarios eisdem aſſignanda, in aliis verò locis juxta benignam ſuæ Majeſtatis Reſolutionem loca pro ædificandis Templis, Scholis & Parochiis erigendis, pro commoditate eorundem Auguſtanæ & Helveticæ Confeſſioni addictorum, per eosdem Commiſſarios deſignanda ordine infraſcripto decernuntur, quemadmodum etiam in omnibus Regni Comitatibus, & quidem ſignanter in Comitatu Caſtriferrei pro illis, qui Auguſtanam Confeſſionem ſequuntur in Demök & Nemesczok. Pro Helveticæ verò Confeſſionis Incolis in Felſö Eör. In Comitatu Sopronienſi in Vadosfalva & Nemeskér. In Poſonienſi in Rhete & Puſzta Födémes. In Nitrienſi in Nitra Szerdaheliy & Sztraſa penès Vagum. In Barſienſi in Simonyi, & Szelezén. In Zolienſi, in Oſztro Luka & Garamszegh; In Turocyienſi, in Neſzpal & Ivanka falva. In Liptovienſi, in Hybe & Nagy Paluggia. In Arvenſi in Fölsëo Kubiny & Sztebnie. In Trenchinienſi in Szulow & Zai Vgrocz. In Scepuſienſi in Gerghö & Toporcz, vel Batiszffalva non obſtante

quorum-

quorumvis Contradictione ſunt permiſſa. In aliis veró Comitatibus, veluti in Szaladienſi, Veſzprimienſi, Jaurienſi, Comaromienſi, Abauyvarienſi, Sároſienſi, Zemplinienſi, Vghocyenſi, Bereghienſi, Thornenſi, Gömörienſi, Borſodienſi, Hontenſi, Neogradienſi, Szolnok & Heves, nec non Peſt, Pilis & Soldth unitis. Item Szabolczenſi, Ungh, & Szatmarienſi, ſiquidem de præſenti eſſent in actuali uſu omnium ferè Templorum ibid. habitorum, ideò eadem pro actualibus eorundem poſſeſſoribus uſuanda relicta ſunt. Præterea in Confiniis Regni, & quidem in Generalatu contrà Caniſam in Szentgrod. In Generalatu Jaurienſi in Tihany, Vaſon, Pápa, Veſzprím, Jaurini, & Comaromy, in Generalatu Antemontano Levæ, Carponæ, & Fulekini. In Generalatu ſuperioris Hungariæ. In Putnok, Onod, Szendrö, Tokaii, Kallo, & Szathmar.

In Liberis verò Civitatibus, utpotè Poſonienſi Auguſtanæ Confeſſioni addictis liceat ædificare ſuis ſumtibus Templum unum in ſuburbio, in loco per eosdem Commiſſarios deſignando. Civitas porrò Soprónienſis maneat in poſſeſſione & exercitio Religionis, quam modò profitetur, nec in hoc turbetur. Ac tandem in liberis & montanis Civitatibus, utpote Trenchinienſi, Modrenſi, Cremniczienſi, & Novizolienſi, ac in ſuperiori Hungaria omnibus itidem Civitatibus ſimiliter loca pro ædificandis Templis, Scholis, & Parochiis aſſignanda conceduntur. Templa demùm, in quorum actuali poſſeſſione iidem Auguſtanæ & Helveticæ Confeſſioni addicti de facto ſunt, modo prævio præ manibus eorundem, unà cum Parochiis & Scholis, Proventibusque eorundem, propter bonum pacis, ut nimirùm quietè & pacificè vivant, relinquuntur uſu ſepulturæ & campanarum pro Catholicis ibidem degentibus æquè ac ipſis libero relicto. Intereà verò nec Catholici, Miniſtris Auguſtanæ & Helveticæ Confeſſioni addictis, nec verò horum ſequaces Plebanis Catholicis ad mentem articuli 11. 1647. ſolvere obligentur. Omnibus porrò Magnatibus & Nobilibus in Regno degentibus, in Arcibus & ſolitis Reſidentiis ſuis pro ritu cujusque Profeſſionis Oratoria & Sacella ædificare & dotare liberum ſit. Poſthàc verò, nullæ Templorum Scholarumque & Parochiarum occupationes, vel Exercitii turbationes ab utrinque ſub pœna in Articulo 8. Uladislai Decreti Sexti expreſſa fiant. Per

D 2 hanc

hancque Articularem Conceſſionem iiſdem Auguſtanæ & Helveticæ Confeſſioni addictis ulterior prætenſionum ſuarum viâ in futuris Diætis inſtantias ſuas promovendi (non obſtantibus Cleri & aliorum ſæcularium Catholicorum Contradictionibus) minimè præcludatur. Salvis ſemper eatenùs Legibus Regni Diplomate Regio firmatis.

Officia ſæcularia & Beneficia Eccleſiaſtica Indigenis Regni & benemeritis conferenda.

ARTICULUS XXVII.

Similiter cum benigna ſuæ Majeſtatis annuentia renovato hoc loci Articulo 38. 1659. nec non 9. & 10. 1608. ante Coronationem editis, ut univerſa Officia & Beneficia tam ſæcularia videlicet, quàm Eccleſiaſtica, & Præfecturæ, Capitaneatusque Confiniorum in Hungaria & Croatia Perſonis Nationalibus Indigenisque Regni benemeritis conferantur, ſancitum eſt.

Judicia Octavalia, tam majora, quàm minora & extraordinaria, Appellationumque Reviſiones, utique ſtatis ſuis temporibus celebrentur, ac pro ſuperiori Hungaria ad Tabulam Regiam Prælatus & Baro denominantur.

ARTICULUS XXVIII.

Ut laudabilis & DEO grata Juris & Juſtitiæ Adminiſtratio pro cujusvis cauſæ æquitate, non tantùm in Comitatibus adminiſtretur, ſed etiam Judicia Octavalia tam majora, quàm minora ſicut & extraordinaria & Appellationum Reviſiones non obſtantibus quorumvis cauſis ſuis diffidentium contrariis votis, & opinionibus, aliisque privatis impedimentis, tam in ſuperioribus, quàm in inferioribus Regni hujus Partibus, ac in Regno quoque Croatiæ, & Sclavoniæ ſtatis ſuis temporibus per Suam Majeſtatem, vel illâ abſente aut impeditâ cum conſenſu Ejusdem per Dominum Regni Palatinum; In Croatia verò per Dominum Comitem Banum ſuo modo promulgata celebrentur, Articulique annorum præteritorum uti Articulus 41. 1659. 76. 1649. 14. 1635. 70. 1609. ſuperinde jam editi, ſtrictiùs obſerventur, unanimiter concluſum eſt. Atque renovato quoque Articulo 51. 1655. In partibus quidem Regni ſuperioribus, pro Prælato ad Tabulam Regiam

giam Reverendiſſimum Dominum Georgium Horvath, Epiſcopum Corbavienſem. Pro Barone autem, Magnificum Ladislaum Karoly, In appellationibus verò penes Dominum Comitem Palatinum, futurum Epiſcopum Agrienſem, & Reverendiſſimum Dominum Andream Sebeſteny, Epiſcopum Tranſylvanienſem Præpoſitum Leleſzienſem, item futurum Judicem Curiæ Regiæ, & Comitem Sigiſmundum Homonnay denominant. Facultate in locum abſentium vel decedentium alios ſurrogandi penes dictu mDominum Comitem Palatinum permanente.

Anni modernorum motuum ab Anno 1670. vigentium, usque ad finem eorundem incluſivè à legali præſcriptione eximuntur.

ARTICULUS XXIX.

JUſtitiæ quoque conforme cenſent Regnicolæ, ut anni horum motuum, ab anno videlicet 1670. usque ad finem eorundem incluſivè computandi, à legali præſcriptione eximantur, & Annis 25. in Articulo 93. 1649. expreſſis ſimiliter à præſcriptione exemptis adnumerentur. Et quia Judicia etiam octavalia, non ex aliqua Cauſantium negligentia ab Anno 1650. hactenùs celebrata non fuiſſent, ideò iidem quoque Anni usque ad futuram Octavalem Judiciorum celebrationem in Proceſſibus necdum finaliter terminatis, à præſcriptione omninò exempti habeantur.

De Mandatis illegitimis Præceptoriis, Inhibitoriis, Dilatoriis, & Reexecutoriis non expediendis, expeditis verò, ſub pœna non obſervandis.

ARTICULUS XXX.

CUm legitimus Juris Curſus vel maximè Mandatis Illegitimis Præceptoriis, Inhibitoriis, Dilatoriis, & Reexecutoriis hactenùs interturbatus fuiſſe dignoſceretur. Ideò unanimi Regnicolarum voto ſtatutum eſt, ut renovatis hoc loci Articulis 53. 1655. & 45. 1659. ne Præceptoria Executoria cum inſolitis Clauſulis expediantur, expeditis verò per Judices inferiores nullus locus detur, liceatque omnibus cauſantibus cum honeſtate citra incurſum alicujus pœnæ, contrà ſimilia mandata excipere; Præterea ut Inhibitoria & Dilatoria juxtà Articulum 12. 1635.

 ſemper

Digitized by Google

ſemper in legibus Regni fundata, cum Clauſula Juſtificatoria in Partibus duntaxat, ſeu in foro contradictorio coram Judice ſuo edocenda, & Judicialiter diſputanda, expediantur, ſecùs verò expeditis, ad mentem præcitati Articuli 53. Anni 1655. & 45. 1659. ipſo facto (non obſtante etiam Expoſitionis eorundem præprimis coram Cancellariis facta comprobatione (per Judices nullus locus detur: ſimplicia verò Reexecutoria, veluti legibus Regni vetita, pro illis, qui in cauſa egerunt, vel citati ſuccubuerunt, aut eorundem ſucceſſoribus vigore ſucceſſionis, tale Jus ſuum acquirere volentibus, nunquam ex Cancellariis expediantur, expeditisq; per Judices ſimiliter nullus locus detur. Si qui verò penès hujusmodi Reexecutoria Mandata in cauſis tempus Præſcriptionis non excedentibus Bona aliqua actu poſſiderent, tales ad inſtantiam Partis læſæ, & præviam Judiciariam Admonitionem, eadem Bona poſſeſſa, ſub pæna violentiæ, toties, quoties, & refuſione etiam fructuum poſt admonitionem perceptorum, módo prævio remittere teneantur, ac tandem, ſi voluerint, novo Judicio extra Dominum Jus ſuum acquirere poſſint.

Contra Turbatores & non Admiſſiores Judiciariarum Executionum, ac Bonorum Judicialiter Executorum Reoccupatores, pœna cum Proceſſu ſtatuitur.

ARTICULUS XXXI.

AD coërcendam porrò potentiorum in non admittendis & turbandis Judiciariis Executionibus, vel verò Bonorum jam Judicialiter Executorum, propriâ Authoritate fiendis violentis Reoccupationibus, hactenus ferè ſibi impunè vendicatam licentiam, Status & Ordines renovant Articulum 3. Anni 1608. poſt Coronationem editum, cum ea declaratione, ut hujusmodi Judiciariarum Executionum non Admiſſores, vel earundem Turbatores præter pœnam Homagialem 50. Marcarum gravis ponderis per Judicem Cauſæ ipſo facto exequendam, etiam in Refuſione Expenſarum, in Executionem præſcriptorum Bonorum pené aſſiſtentiam Supremorum, & Vice-Comitum, etiam cum Gentibus Comitatûs ad id liberè aſſumendis, vel etiam Suæ Majeſtatis Brachialem fiendam, damnorumq; (ſi quæ hujusmodi Executionis occa-

ſione,

ſione, parti ipſi triumphanti in bonis ipſis tali modo exequendis cauſarentur) Refuſione convincantur: Bona verò poſt Judiciariam Executionem quorumcunq; Judicum judicialiter procedentium, ſtatim, vel poſt aliquam moram, per quoscunq; reoccupata, præter præſcriptam Homagialem Expenſarum, & damnorum refuſionis pœnam. In refuſione quoq; fructuum medio tempore perceptorum, ad Mandata Suæ Majeſtatis, vel cujuscunque Judicis Regni ordinarii compertâ ſolummodò talis Adjudicationis, & executionis, ac Reoccupationis veritate, cunctis Juridicis remediis ſepoſitis, ſimiliter per Comites, vel Vice-Comites etiam cum Gentibus Comitatûs, ad id liberè aſſumendis, ſub amiſſione Officiorum ipſis verò non ſufficientibus, vel nolentibus, tandem ad ſimplicem duntaxat Partis læſæ inſtantiam penès Adjudicatorias ſuper inde latas, & executionales exinde ſubſecutas, ac producendas, per Dominum Comitem Palatinum. In ſuperiori verò Hungaria ad mandatum Domini Comitis Palatini vel cujusvis Judicis Regni ordinarii, etiam per nativum illarum partium Generalem. In Sclavonia verò per Dominum Comitem Banum, ſtatim & eo facto ipſis quibus adjudicata & executa fuerint, vel ipſorum ſucceſſoribus univerſis itidem juridicis remediis amputatis, reſtitui poſſint ac debeant, nullis in contrarium mandatis, ſed nec annualibus revolutionibus obſtare valentibus. Ac inſuper pars læſa, ex parte hujusmodi reoccupatorum Bonorum in Comitatu pœnam duplicatam vigore Articulorum brevis Proceſſus ſuper occupationibus & violentiis editorum acquirendi habeat facultatem, ſalvâ nihilominùs pro ipſis Reoccupatoribus extra Dominium talium Bonorum vel per viam Appellationis, vel aliis legitimis ſuis modis Jus ſuum proſequendi & acquirendi facultate permanente.

Ne Magiſtri Prothonotarii in Diviſione Bonorum in uno Comitatu exiſtentium procedant, & ut in præfixionibus Extenſionibusque Terminorum certum modum obſervent.

ARTICULUS XXXII.

CUm Judices Comitatenſes in Diviſionibus Bonorum in uno duntaxat Comitatu exiſtentium à Lege præſcriptam procedendi authoritatem haberent; Ideò ne cauſantes majoribus ſæpius,

piùs, quàm opus ſit, expenſisſe onerent, ſtatutum eſt; ne Magiſtri Prothonotarii in tali ſimpliciumDiviſionum caſu, procedendi Authoritatem ſibi vendicent, ac præterea in præfixionibus Terminorum non tantùm ſui, ſed etiam utriusque Partis rationem habeant, & neq; extràMetas tredecimComitatuum ſuperiorisHungariæ, occaſione Bonorum ibidem exiſtentium, ſed vel in ipſo Comitatu, ubiBona controverſa exiſtunt, aut ſi propter legalia impedimenta eo tutè progredi non poterunt, ad immediatè viciniorem Comitatum Partibus terminare debeant, ſecùs verò pars in cauſam attracta citrà incurſum alicujus pœnæ non comparens executioni quoq; ex tali Judicio fiendæ ſeſe liberè opponere, eandemque non admittere poſſit. Terminos porrò præfixos differre volentes, dilationem Parti in cauſam attractæ (niſi legitimè impediti fuerint) tempeſtivè ſignificent, ad quod Pars etiam Actorea ergà judicem & Partem in cauſam attractam faciendum, ſub pœna refuſionis Expenſarum Parti adverſæ tempore diſcuſſionis cauſæ per eundem Judicem fienda obligatur. Extenſionesq; Terminorum per ipſos Judices nondum expleto Termino priori ſemper cum præfixione alterius competentis Termini, & non aliter fiant. Quoad Croatiam verò, antiquis Legibus & Conſuetudinibus quoad omnia hoc loci renovatis, ac confirmatis, in ſuo vigore permanentibus & obſervandis.

Bona Impignoraticia & liquida Debita ad ſummam Florenorum ſex millium in Sedibus Judiciariis Comitatuum accquiri poſſint.

ARTICULUS XXXIII.

OB rariorem Judiciorum Octavalium Celebrationem Articulo 41. 1649. de Bonis Impignoraticiis & Liquidorum debitorum acquiſitionibus, additum volunt Regnicolæ, ut tales cauſæ etiam in ſedibus Judiciariis Comitatuum, usque ad ſummam Florenorum ſex millium ſervatis de Jure ſervandis, adjudicari poſſint, ſalvis ſemper litterarum Inſcriptionalium Conditionibus permanentibus, & legibus eatenùs ſancitis hoc loci confirmatis.

Judi-

Digitized by Google

Judicibus Tabulæ Regiæ conſuetum ſalarium juxtà Articulum 41. 1659. per Cameram exolvendum.

ARTICULUS XXXIV.

ET quia circa legale ſalarium Tabulæ Regiæ Judicium hactenus à parte Cameræ Hungaricæ diverſimodè retardatum, & ſubindè planè inexolutum iidem Tabulæ Regiæ Judices injuriati fuiſſe perhiberentur. Ideò renovato hoc loci Articulo 41. 1659. ut idem ſalarium, tam in Diætis, quàm tempore Celebrationis aliorum quorumvis Judiciorum ſupraſcriptorum, Tabulæ Judicibus ſine defectu ad ſolam videlicet Domini Comitis Regni Palatini Commiſſionem, ſemper à die motionis cujusvis Judicis inchoando, usque ad finem Diætæ vel talium Judiciorum, per Cameræ Hungaricæ Perceptorem, ſine ulteriori in Cameris fienda ſolicitatione, tam in præſenti Diæta, quàm aliis futuris celebrandis Diætis, & Judiciis effectivè exolvatur cum benigno Suæ Majeſtatis Conſenſu Regnicolæ concludunt.

Comes Chriſtophorus Erdeödy de Monyorokerék in Conſervatorem Sacræ Regni Coronæ eligitur.

ARTICULUS XXXV.

CUm per mortem & deceſſum Comitis quondam Nicolai Pallffy ab Erdeöd, aliàs unius Sacræ Regni Coronæ Conſervatoris vacans idem Officium Conſervatoratus per Suam Majeſtatem Comiti Chriſtophoro Erdeödy de dicta Monyorokerék, usque ad præſentem Diætam collatum fuiſſet; Ideò ſtatus etiam & Ordines eundem Comitem, veluti perſonam de Patria hac benemeritam, communibus votis pro actuali dictæ Sacræ Coronæ Conſervatore cum prævia Candidatione & Juramento ejusdem, eligunt & confirmant. Atque ne, præſes Cameræ Hungaricæ ſimul dictæ Sacræ Coronæ Conſervator eſſe poſſit, ſtatuunt. Relicta verò dicti condam Nicolai Palffy Vidua, unà cum Orphanis ejusdem ſuper Reſignatione Clavium ad eandem Coronam ſpectantium, quietatur.

De Salario Conſervatorum Sacræ Coronæ, deque militum ejusdem numero & dependentia.

ARTICULUS XXXVI.

PRo futura Conſervatorum Sacræ Coronæ, ac militum ejusdem Cuſtodum exolutione, à ſingulis Portis cum prævia proximè futura rectificatione numerandis, non dediticiis ſinguli Floreni per Vice-Comites Comitatuum usque ad futuram Diætam exigendi & ad Cameram ſub onere dandæ rationis pro duobus Terminis in uno quidem ad Feſtum Sancti Georgii Militis & Mar-

E tyris,

Digitized by Google

tyris, in altero verò pro Feſto Sancti Michaëlis Archangeli adminiſtrandi ordinantur, in eundemque finem, reliqui etiam Portas non habentes, juxtà Articulum 33. 1647. alioſque ibidem citatos taxandi decernuntur; Dediticiis dimidium ſolventibus, ac Regno etiam Sclavoniæ juxta Articulum 34. 1647. contribuere obligato. Quoad numerum verò Militum & dependentiam à Conſervatoribus dictæ Sacræ Coronæ habendam Articulus 26. 1625. renovatur.

Ne Fiſcus Regius Bona & Res mobiles Regnicolarum propriâ Authoritate occupet & de Judicatu Camerarum tollendo.

ARTICULUS XXXVII.

FIſcus quoque Regius ut Bona reſque mobiles quorumcunque Regnicolarum, non propriâ authoritate occupet, ſed Jus ſuum ſive Titulo Caducitatis, ſive in caſibus Notæ Infidelitatis Titulo 14. Partis primæ Decreti Tripartiti & aliis Legibus Regni expresſis in iisdem prætenſum, à modo impoſterùm, virtute Legum Patriarum ſignanter verò Anni 1659. 104. 1638. 24. 1597.27. nec non Partis primæ Tituli 9. & Partis ſecundæ Decreti Tripartiti Tituli 75. Item Matthiæ Regis Decreti 6. Ariculi 26. Sigismundi 6. Articuli 17. ac Uladislai Decreti primi Articuli 63. hoc loci renovatarum acquirat. Ac de Judicatu etiam Camerarum eisdemque ſubalternatorum Triceſimatorum tollendo Articulus 25. 1622. ad omnes Status & Ordines extendendus, nec non 46. 1659. eatenus renovatus ſtrictiùs obſervetur ſancitum eſt.

Litteræ & Litteralia Inſtrumenta per Fiſcum Regium legitimis ipſorum Dominis reſtituenda.

ARTICULUS XXXVIII.

ET quia plurimæ litteræ & litteralia Inſtrumenta tempore Confiſcationis Bonorum, ad manus Fiſci deventa nec dum eſſent legitimis ſuis Dominis reſtituta. Ideò tam iis, quibus jam bona reſtituta ſunt, litteræ quoque eadem Bona concernentes, & in Cameris vel alibi hærentes reſtituantur, quàm verò quæ reſtituenda erunt unà cum talibus bonis Litteræ eisdem deſervientes, legitimis ipſorum Dominis asſignentur; ſi quæ verò Litteræ & Privilegia Regni tempore Confiſcationis Bonorum & Rerum mobilium ad Cameras deportatæ, vel aliter occaſione horum motuum, per easdem apprehenſæ fuisſent, ut eædem, & eadem, Domino Comiti Palatino, juxta benignam Suæ Majeſtatis Reſolutionem conſervanda tradantur, juſtum cenſetur.

Bona

Bona Regnicolarum Mobilia, per nonnullos Camerarum Officiales confiſcata & in proprios uſus converſa quo Proceſſu reacquirenda?

ARTICULUS XXXIX.

ANnuente Suâ Majeſtate decretum quoque eſſet, ut Bona mobilia Regnicolarum præſentibus Motibus, per nonnullos Camerarum Officiales confiſcata, ac in proprios uſus diſtracta, ab iisdem actu quidem in Regno exiſtentibus, vigore Brevium Articulorum ſuper violentiis, ac aliis Actibus potentiariis editorum, per ipſos damnificatos, aut eorundem hæredes, & ſucceſſores acquiri poſſint. Qui verò Regno jam evaſiſſent, ut Authoritate Regia ad Inſtantiam Damnificatorum, vel eorundem hæredum & ſucceſſorum, tam ipſi, quàm eorundem hæredes Jure conveniantur, & compertâ rei veritate, ad ſatisfactionem damnificatis dandam adigantur, & compellantur; ſupplicant.

Pro Judice Curiæ Regiæ in Partibus Regni ſuperioribus denominando ſupplicatur, & ut in Partibus cis Danubianis, etiam unus Magiſter Prothonotarius reſideat ſtatuitur.

ARTICULUS XL.

PRo meliori Juris & Juſtitiæ adminiſtratione per totum Regnum cum commoditate Regnicolarum inſtituenda, Status & Ordines Regni, maxime verò ſuperioris Hungariæ Incolæ, pro Judice Curiæ Regiæ ad mentem etiam Articuli 23. 1655. in illis partibus denominando ſupplicant, atque ut in partibus etiam cis Danubianis pro commoditate itidem earundem partium ſemper unus Magiſter Prothonotarius cum aliquot Tabulæ Judiciariæ Regiæ Judicibus conſtituatur, decernitur.

Liberæ Regiæque ac Montanæ Civitates quoad electionem Magiſtratus Civilis, Juſque Caducitatis in Bonis Civilibus, nec non quoad Jus Patronatus & Educilli in ſuis Libertatibus & Privilegiis conſerventur.

ARTICULUS XLI.

LIberarum quoque ac Regiarum, Montanarumque Civitatum non exiguæ fuiſſent querelæ, quod in Juræ liberæ Electionis Magiſtratûs Civilis, nec non Jure Patronatus, & liberi educilli; ac aliis ſuis immunitatibus, partim à parte Cameræ Hungaricæ, partim verò ab Officialibus Bellicis, contra Privilegia ipſorum, & leges Regni turbatæ & impeditæ extitiſſent. Ideò confirmatis eatenùs ipſorum Privilegiis, & immunitatibus, in quantum Legibus Regni, & nobilitari prærogativæ non præjudicarent; Articuli etiam Regni, ut ſunt 1659. 129. 1649. 16. 1647. 83. 1638. 35. ac alii ſuperinde conditi renovantur, & tam per Cameras, quàm per Officiales Bellicos, ac alios quoscunque ſtrictiſſimè obſerventur, neque in libero electionis Magi-

Digitized by Google

ſtratus Civilis Jure, ac aliis Privilegiis ipſorum longo uſu roboratis à quopiam quoquo modo turbentur. Judicatus quoque fundorum Civilium Cauſis aliorum Judicum ad mentem articuli 53. 1659. non involvatur, ſed penès ipſos Magiſtratus Civiles maneat, atque quoad Nobiles imposſesſionatos & ſuſpectæ Nobilitatis Articulus 46. 1655. nec non quoad Executiones ſententiarum in Comitatibus latarum Articulus 20. 1649. confirmatur.

De excesſibus liberarum & montanarum Civitatum, ſicut & Oppidorum Privilegiatorum tollendis.

ARTICULUS XLII.

CIRca tollendos liberarum & Montanarum Civitatum, ſicut & Oppidorum Privilegiatorum exceſſus & abuſus alias poſitivis patriæ legibus vetitos, licet clari eſſent Articuli 19. 1649. 78. 1647. 60. 1618. ac alii ſuperindè conditi. Quia tamen nonnullæ Civitates & Oppida Privilegiata, eorundemque Domini Terreſtres vel maximè his motibus eosdem exceſſus & abuſus ſuos non modò renovasſent, & introduxisſent, verùm aliter etiam Nobilitatem in medio ſui degentem, partim videlicet ad inconſueta onera Civilia per asſiſtentiam Germanicam ferenda adigendo, partim judiciarias legitimarum ſententiarum Executiones vel ſimpliciter turbando, vel easdem eo, quo per Magiſtratum Comitatus pronunciantur modò poſt intimationem Judici Civitatis pridiè factam exequi non permittendo, partim Captivos Nobilium ſubinde in carceribus Civitatis detentos ſine ſcitu & prævià eorundem Dominorum Admonitione liberos dimittendo, partim verò Vinorum Allodialium in aliis Promontoriis procreatorum ad uſum Nobilium non intromittendo, & quâ Concivium ubi alii Cives educillarent, educillare non concedendo, vexarent, & onerarent. Ideò renovatis præcitatis Articulis, ut à modo impoſterùm, dictæ Civitates & Oppida privilegiata, eorundemque Domini terreſtres à ſimilibus etiam exceſſibus, & abuſibus, ſub pœna in iisdem Articulis ſtatuta abſtineant, publico Decreto ſtatutum eſt.

De Vectura Munitionum.

ARTICULUS XLIII.

VEctura porrò Munitionum, cùm juxtà Articulos 15. 1609. 16. 1655. ac alias Regni Leges, liberis Civitatibus incumberet. Ideò ſublatis quibusvis hactenùs in contrarium introductis abuſibus, & cum Camera vel Generalatu per easdem liberas Civitates cum præjudicio legum factis Conventionibus hoc loci unà cum exinde prætenſis qualitercunq; Reſtantiis ut eædem vecturæ ſemper per ipſas Civitates præſtentur, ſtatuitur.

Triceſi-

Digitized by Google

Triceſimatorum, Decimatorum, Teloniatorum omnes abuſus vel maximè his motibus, contra Prærogativam Nobilitarem, & Vectigal Regium introducti, abrogentur; Teloniaq; ſicca & alia inconſueta noviter erecta tollantur, & Vectigal Regium in antiquum ſuum ſtatum Legibus Regni conformem reducatur.

ARTICULUS XLIV.

Circa excedentes Triceſimatores, Decimatores & Teloniatores, eorundemq; omnes abuſus, vel maximè his revolutionibus introductus, dum videlicet Triceſimatores, à Vinis Nobilium ab uno loco in alium pro uſu proprio vel Educillo ex Civitatibus evectis, ſicut & à pecoribus Allodialibus integram Triceſimam exigere, victualia ad fora Hebdomadalia inducta ob vilitatemq; eorundem, Triceſimæ minùs ſubjecta, taxare, venditionemq; illorum niſi priùs ipſi Jure quodam præemptionis ſibi vendicato, eadem perluſtrent, inhibere, taliterque diverſas violentias tam Nobilitati, quàm miſeræ plebi inferre nil penſi ducerent. Ideò renovatis priorum annorum Conſtitutionibus, & quidem contra Triceſimatores & Teloniatores 1655. 29. & 83. 1498. 35. 1649. 46. 1635. 70. 1622. 48. 1618. 18. 1609. 55. ut præſcripti Triceſimatores, à ſimilibus exceſſibus & abuſibus ſub pœna violentiæ toties quoties, de bonis eorundem vigore brevium deſumenda, abſtineant, conſtituitur. Atque contrà Decimatores ſimiliter renovato Articulo 89. Anni 1655. ſtatuum eſt, ut ſicut Triceſimatores ita & Decimatores ſemper Indigenæ, & in Regno, in quantum fieri poterit, poſſeſſionati, in locis non Tributariis conſtituantur. Secùs verò conſtituti, citrà incurſum alicujus pœnæ, ad decimandum non admittantur, de modoque exigendi Decimas Leges in Articulo 23. 1635. citatæ & hoc loci renovatæ obſerventur. Vectigal porrò Regium, juxtà Articulum 100. 1655. primo quoque tempore corrigatur. Telonia autem ſicca, & alia inconſueta tam in Tybiſco, quàm alibi paſſim noviter erecta, unà cum noviter erectis Triceſimis, ad mentem Legum Regni, ſignanter verò 1618. 17. 1659. 57. & 1647. 29. Telonia quidem ſicca contra Articulum 109. 1655. erecta per Vice-Comites Comitatuum cum potioribus Nobilibus eisdem adjungendis, ſub pœna florenorum 400. de Bonis eorundem Vice-Comitum in præmiſſis procedere nolentium, ipſis verò procedere volentibus de bonis illos in Proceſſu turbantium toties quoties, per ipſos Comitatus deſumenda, & pro neceſſitatibus ejusdem Comitatûs applicanda. Noviter verò erectæ Triceſimæ, contra leges Patriæ tam filiales, quàm aliæ per Dominum Comitem Palatinum. In ſuperiori verò Hungaria per nativum Generalem illarum Partium. In Croatia verò per Dominum Comitem Banum, tam in Hungaria, quàm Croatia & Sclavonia ſimpliciter tollantur. Ac ut Convictio quoque ad Inſtantiam liberæ Regiæq; Civitatis Sopronienſis contra Georgium Smidhauzer Teloniatorem Vimpaszienſem, in ſede Judiciaria Comitatûs Sopronienſis ſuo

modo ſubſecuta penès Exmisſionales dicti Comitatûs debitæ Executioni mancipetur, communibus votis decernunt Status & Ordines.

De illimitata Vinorum Inductione in vicinas Provincias Regnicolis concedenda.

ARTICULUS XLV.

DE Vinorum porrò Hungaricorum tam cis, quàm ultrà Danubialium in Auſtriam aliasq; vicinas Provincias libera inductione quod ſua Majeſtas demisſam Fidelium ſuorum Statuum & Ordinum Regni inſtantiam, etiam cum Statibus Archiducatûs ſui Auſtriæ benignè communicare, intereà verò licentiam antehac certis Civitatibus & locis hujus Regni in eo ſpecialiter interesſatis, in certa quantitate vina ſua invehendi jam anteà Articulo 59. 1659. clementer conceſſam, de facto quoque confirmare dignata ſit, humili ſimul, & grato acceptant animo, demiſsè ſupplicantes, ut renovatis hoc loci Articulis 43. 1609. & 39. 1630. tam ex parte dicti Archiducatûs Auſtriæ, quàm verò aliarum vicinarum Provinciarum benignam eatenùs Reſolutionem ſuam juxtà demisſam Regnicolarum Inſtantiam, clementer admaturare dignetur.

Perſonalis Inſurrectio per Regnicolas tempore aperti Belli offertur.

ARTICULUS XLVI.

LIcèt Fideles Status & Ordines nihil magis in votis haberent, quàm ut ſedatis præſentibus inteſtinis motibus, poſt tot & tantas ſui ruinas & deſolationes domeſtica pace, & publica Regni tranquillitate gaudere posſent, caſu tamen quo imminente pacis cum Turca termino, eadem Pax commodè ulteriùs etiam extendi, aut ſine notabili Regni ruina honeſtè iniri & concludi non poſſet, ne quoquomodo ſibi ipſis Regnicolæ deeſſe videantur, ſedatis, uti præmisſum eſt, præprimis modernis inteſtinis motibus, aperti duntaxat Belli tempore, juxta Articulum 9. 1601. 7. 1596. 21. 1622. & 7. 1659. generaliter ſe & perſonaliter inſurrecturos, cum infraſcripta declaratione offerunt, nimirùm ut omnes & ſinguli Regnicolæ, cujuscunque tandem ſint conditionis & dignitatis uti & Fiſcus Regius, nec non Cameræ Montanæ, Arces & Bona in Comitatibus posſidentes, ultrà perſonalem ipſorum inſurrectionem à ſingulis viginti domibus non dediticiis, ſive integræ ſive mediæ ſesſionis aut Quartaliſticis ſeu Inquilinariis mixtim computandis, ac per Vice-Comitem & Judicem Nobilium, ubi neceſſum fuerit, etiam per inquiſitionem limitandis (demptis tamen deſolatis) ex parte quidem ſua Domini Terreſtres unum equitem propriis ſumptibus, ex parte verò ſubditorum ſumptibus eorundem unum peditem benè armis inſtructos in Caſtris ſtatuere, & intertenere, à Dediticiis 40. domibus pari modo computandis, ac limitandis, unum equitem & alterum peditem conducere, & expedire, ac tam diu, quàm diu talis ſumma neceſſitas duraverit, juxta articulum 7. 1659. exercituare debeant, & teneantur. Qui verò in diverſis Comitatibus Bona posſi-

poſſident, tales de omnibus Bonis ſuis illis in diverſis Comitatibus exiſtentibus, equites abinde provenientes, ſecum in exercitu ejus Comitatûs, ubi Perſonalem faciunt Reſidentiam, modo prænotato interteneant, pedites verò à ſubditis ſubminiſtrandi ſub vexillo duntaxat illius Comitatûs, in quo reſident, militare teneantur. Pedites tamen à domibus & bonis dediticiis per Dominos Terreſtres conducendi, penes eosdem Dominos maneant, & ad hujusmodi exercituationem, univerſi Domini Prælati, Magnates & Nobiles poſſeſſionati omninò ſint obligati. Capitula etiam & Conventus, Monaſteria & Moniales, Abbatiæ & Præpoſituræ Capitulis non incorporatæ, prout & Cameræ Montanæ, ſuadente Articulo 13. 1543. ad inſtar aliorum Nobilium poſſeſſionatorum ab omnibus Bonis ſuis, modo præmiſſo equites & pedites in defenſionem ſuam, Regni, & Eccleſiarum DEI expedire, & Caſtris intertenere debeant, ac inſuper Capitula & Monaſteria unum vel alterum de medio ſui ſacris initiatum pro Divinis ibidem peragendis dictante Articulo 3. circà finem 1552. in Caſtra ſubmittere. Abbates verò & Præpoſiti Capitulis non incorporati, etiam minùs poſſeſſionati, & Epiſcopi Titulares (ſiquidem Nobilitari gauderent prærogativâ) in perſonis ſuis modo præmiſſo inſurgere teneantur, Plebani quoque pauperiores, juxtà Articulum 12. & 13. 1545. à decem ipſorum Perſonis, unum equitem conducere, & pro defenſione Patriæ in caſtris tenere ſint obligati, cum ea tamen declaratione, ut de qualitate exolutionis conducendi per ipſos equites, inter eosdem plebanos Vicarii, Archidiaconi, vel Vice-Archidiaconi ipſorum, limitationem peragant, ditiores verò Parochi, vel Altariſtæ ſeu Rectores Altarium, & Magiſtri Capellarum, Capitulis non incorporati, ducentos circiter florenos Annuos in proventibus habentes, nec non beneficiati Sopronienſes, & alii his ſimiles, præſertim in Articulo 25. Anni 1545. declarati, qui ducentos ſimiliter florenos annuos in proventibus poſſident, ratione Beneficiorum ſuorum, ſinguli ſingulos equites conducant, & expediant, Liberæ quoque & Montanæ Civitates, prout & privilegiata Oppida, quæ Jura poſſeſſionaria in medio Comitatûs poſſident, ad inſtar Nobilium Poſſeſſionatorum à ſingulis viginti domibus in Comitatu poſſeſſis, equites & pedites modo præmiſſo adminiſtrent, Cives quoque & alii quicumque etiam extranei, Bona poſſidentes, pari modo à ſingulis viginti domibus ſingulos equites ſubmittant. Oppida æquè & Pagi privilegiati, vel aliter libertati ſive dicati ſint, ſive non, ſicut & Cumani, Jazighes & Philiſtei, ac alii libertini Fiſcales, ex ſingulis viginti domibus unum peditem expediant, & in Caſtris teneant, libertini tamen Dominorum terreſtrium ad militiam deſtinati, & obligati, nec non prædiales Eccleſiarum, imò & Haydones per Dominos terreſtres ad militiam duntaxat privilegiati, penès Dominos terreſtres ad rationem ipſorum militare debeant, Oppida verò Haydonicalia, per ſuam Majeſtatem privilegiata,

Digitized by Google

giata, more ſolito inſurgant, à reliquis Haydonibus, per Dominos Terreſtres ad militiam non privilegiatis, & aliis hinc inde diſperſis, domos habentibus, & ſervitia Colonicalia adminiſtrantibus, Domini quidem ipſorum Terreſtres, à ſingulis itidem viginti domibus unum equitem, ipſimet verò Haydones unum peditem expedire teneantur. Raſciani quoque non dedititii, tam Nobiles, quàm ignobiles, in defenſionem Patriæ perſonaliter inſurgere debeant, Nobiles etiam unius ſesſionis juxta Articulum 21. 1545. Conſtitutionum Tyrnavienſium, à ſingulis domibus viritim conſurgant, ſiquidem etiam Nobiles posſesſionati in perſona ſua modo præmiſso inſurrecturi, & inſuper à ſubditis quoque ſuis ordine ſuperiùs declarato equites & pedites adminiſtraturi eſſent, Armaliſtæ ſimiliter univerſi perſonaliter, in caſtra prodire & militare teneantur. Qui autem in partibus dediticiis reſiderent ſinguli duo, pro uno equite conducendo ad manus Vice-Comitis contribuant. Urburarii verò, ſicut & molitores, ac Braxatores, proprias molas, Braxatoriaque habentes, ex arenda vel aliter urburas tenentes, ex annuo lucro ducentorum florenorum per Comitatum conſcientiosè limitando, ſuadente Articulo 15. 1545. ſingulos equites expediant. Viduæ posſesſionatæ & alii ad belligerandum inhabiles tam Prælati, quàm Magnates & Nobiles per ſenium vel ægritudinem in perſonà ſua propria, ad caſtra procedere non valentes, aliique Nobiles ſervitiis ſuæ Majeſtatis & Regni vel aliorum Dominorum Prælatorum, Magnatum, & Nobilium, adſtricti, vel ſtipendia in confiniis merentes, ſuadente Articulo 13. Anni 1545. & Articulo 42. Conſtitutionum Novizolienſium Anni 1542. & ejusdem anni Conſtitutionum Poſonienſium Articulo 22. & 23. loco ſuarum perſonarum equites ſubmittant, & nihilominùs à bonis ſuis modo ſupra declarato equites & pedites in Caſtris interteneant. Ex indiviſis verò duobus vel tribus Fratribus dictante Articulo 43. Conſtitutionum Novizolienſium Anni 1545. unus tantùm illorum in perſona militare, ac nihilominùs à Bonis modo ſupraſcripto exercituare, militemque ſubmittere univerſi etiam indiviſi teneantur. Extranei demùm omnes Quæſtores, ſive in Hungaros recepti ſint, ſive non, ac alii quoque extranei, cujuscunque ſint Nationis per Regnum quæſtum exercentes, ad inſtar Regnicolarum per Comitatum proportionaliter taxentur, ac in defenſionem communis Chriſtianæ Reipublicæ concurrant. A parte verò Dominorum Procerum & Magnatum extraneorum in Regno non posſesſionatorum iidem Regnicolæ ſibi ſpem firmam pollicentur, eosdem in occurrentibus afflicti Regni necesſitatibus præcipuè tempore belli favorem & animorum ſuorum propenſionem, ergà idem afflictum Regnum conteſtaturos. Dominum quoque Manesdorff, alio nomine Sarſenik aliàs ad Sacram Regni Coronam ſpectans, ſuadente Articulo 16. 1545. à ſingulis 20. domibus, ſingulos equites expediat. Caſu verò, quo aliqui Regnicolæ, vel alii ſuperiùs declarati præmiſſam exercituationem in toto

vel

Digitized by Google

vel in parte negligerent, ex tunc Domini quidem Prælati, Abbates, Præpoſiti, Capitulis non incorporati, Magnates & Nobiles poſſeſſionati, ſpecialiter & ſingulariter, Capitula verò, Monaſteria, Conventûs, & Clauſtra Monialium, ac Communitates præmiſſæ collectivæ pro ſingulis neglectæ ex parte ſua militiæ in homagiis ſuis, & inſuper pro toto exercituationis tempore, in æſtimatione communi bonorum ſuorum, Nobiles verò Armaliſtæ unius ſeſſionis pariter in ſuo homagio, Urburarii porrò, qui non eſſent Cives aut Armaliſtæ, ac alii ſupraſcripti, ad militiam obligati in pœna per Comitatum pronuncianda, ſubditi verò pro ſingulis peditibus, ex parte ſua non mittendis, ad ſingulos Menſes in Homagio ſingulorum peditum ad Caſtra non mittendorum convicti ſint eo facto, & convictionem hujusmodi ex parte quidem Dominorum Prælatorum & Magnatum Dominus Comes Regni Palatinus ex Authoritate Officii ſui, per ſe vel per alios, quibus id muneris delegaret. Ex parte verò reliquorum Regnicolarum univerſorum tam Nobilium, quàm ſubditorum ac aliorum ſuperiùs declaratorum, tam Eccleſiaſticorum, quàm ſæcularium ſupremi & Vice-Comites Comitatuum, ſub amiſſione Officiorum ſuorum in decima parte pro labore & uſu ſuo, in reliqua verò parte pro publico bono ſine omni litis ſtrepitu etiam cum aſſiſtentia Comitatûs irremiſſibiliter exigere, & exequi, eandemque pœnam ex parte Dominorum Prælatorum & Magnatum exigendam, Dominus quidem Comes Palatinus in publicas Regni neceſſitates, memorati verò ſupremi & Vice-Comites ſimiliter in militares Comitatuum neceſſitates, ſub ratione per eosdem Vice-Comites Comitatui danda convertere & applicare debeant, ac teneantur. Quam quidem Generalem ac perſonalem Inſurrectionem, mox dum prænotatæ ſummæ neceſſitates vel hoſtilitates ſupervenerint, ſua Majeſtas promulgare confeſtim dignabitur, & Status etiam ac Ordines tempeſtivè ſeſe ad eandem apparare erunt obligati.

Similiter particularis Inſurrectio in Caſu alicujus ingruentis neceſſitatis offertur.

ARTICULUS XLVII.

ET quia præter præſcriptam aperti & univerſalis belli neceſſitatem, alia etiam huic Regno incommoda & pericula ſubindè imminere in comperto eſſet. Ideò Status & Ordines Regni in tali quoque caſu, ſemper tamen per Dominum Comitem Palatinum ex pleno Conſilio Hungarico dignoſcendo, juxtà Articulum 65. 1609. pro Particulari Inſurrectione in locis ubi eadem commodè fieri poterit, modalitate ibidem expreſſâ ſe reſolvunt.

De Locis ultrò ſeſe Turcis dedentibus per Comitatus puniendis.

ARTICULUS XLVIII.

QUoad Loca ſeu Colonos ſponte & ultrò, ſineque ſcitu Generalium, & Comitatûs, Nobiliumque loci ſeſe Turcis ſubjicentes, renovatis Articulis

F 107.

107. 1655. & 12. 1575. ſtatuitur, ut contrà tales, Vice-Comites Comitatuum, ſeriò & rigoroſiùs quàm anteà, condignâ pœnâ (non obſtantibus quibusvis Dominorum Terreſtrium inhibitionibus) animadvertant.

Reſidentiam Generalatûs Confiniorum Vivarino oppoſitorum quantociùs determinandam Status & Ordines ſupplicant.

ARTICULUS XLIX.

AD reprimendas crebriores hoſtium Excurſiones, arcendasque hoſtilitates quatenùs Sua Majeſtas Generalatûs Confiniorum Vivarino oppoſitorum Reſidentiam per Dominum Comitem Palatinum, cum Conſilio bellico quantociùs clementer determinari facere dignetur, Status & Ordines humillimè inſtant.

Sedes Judiciariæ ſeu Congregationes Comitatûs Strigonienſis in Oppido Rewkomarom celebrentur.

ARTICULUS L.

ADminiſtrationis porrò Juſtitiæ neceſſarium requiſitum cenſeri, ut quilibet Comitatuum certam ſuam ſedem ubi hujusmodi Juſtitiæ Adminiſtrationem impendere poſſit, habeat. Et ſiquidem Comitatus Strigonienſis deperdito Vivarino totaliter tributarius effectus, intra viſcera ſua, locum ſimilem commodum ſecurumq; & tutum minimè habere dignoſcatur, Articulariter ſtatuitur, ut à modo impoſterùm, Congregationes ſeu ſedes Judiciariæ ejusdem Comitatûs, in Oppido Rewkomarom celebrentur.

De Ablegatis Dominorum Magnatum & eorundem Viduarum ad Diætam mittendis.

ARTICULUS LI.

ET quia id quoque minùs convenienter obſervatum eſſet per Status & Ordines, quod nonnulli Ablegati Dominorum Magnatum & eorundem Viduarum 5. 6. & 7. perſonarum Legationem in ſe aſſumere conſueviſſent. Ac proindè ut à modo impoſterùm unus Ablegatus cujuscunque ſit ſtatûs non niſi duorum Magnatum pauperiorum, vel eorundem Viduarum in Legationibus vices agere poſſit ſtatuitur.

Poſſeſſores Munkacz, à quibusvis violentiis Nobilitati inferendis abſtineant, & ratione Bonorum Legibus Regni ſubjaceant.

ARTICULUS LII.

ET ſiquidem à nonnullis ſuperioris Hungariæ Comitatibus, contra Poſſeſſores Arcis Munkacz certæ querelæ fuiſſent depoſitæ, Ideò, ut dicti Poſſeſſores ejusdem Arcis Munkacz, ratione Bonorum ſuorum in medio Comitatuum habitorum tam videlicet quoad repetitiones fugitivorum Colonorum, quàm in facto communis Inquiſitionis, ac aliorum publicorum Regni, & Comitatûs onerum

Digitized by Google

onerum ferendorum Legibus poſitivis ſub pœna ibidem expreſſa ſubeſſe debeant ſtatum eſt. Reverſales verò occaſione horum motuum, per Anteceſſores modernorum Poſſeſſorum à Nobilibus contrà Leges Regni extortæ tempore Reviſionis aliarum Litterarum ſimilium per certos Nativos Commiſſarios fiendæ revideantur, & quæ contra Leges factæ fuiſſe compertæ fuerint, pariter caſſentur.

Ratione Comitis Georgii Illeshazy.

ARTICULUS LIII.

HUmillimas etiam Status ac Ordines Regni Suæ Majeſtati quod ad iteratas demiſſas ſuas Interpoſitiones Eadem Sua Majeſtas dictum Comitem Georgium Illeshazy, ex Areſto Poſonienſi certis Circumſcriptum Reverſalibus dimitti clementer fecerit referunt gratias. Idem itaq; Comes, virtute hujusmodi benignisſimæ Suæ Majeſtatis Reſolutionis in Regiam gratiam receptus, liberque declaratus, ac in integrum honoris, dignitatumq; ſuarum ſtatum reſtitutus agnoſcitur, liberè impoſterùm Jurium Patriorum uſu in quibusvis ſuis cauſis juxtà dictamen Legum potiturus.

Negotium Sabarienſium, ac reliquorum in præſenti Articulo declaratorum Querulantium, qualiter complanandum?

ARTICULUS LIV.

EX quo Sabarienſes, ac Incolæ Posſesſionis de Bagyogh; prout & Nobiles ſedis de Uecze ſe nimiùm ab Illuſtrisſimo ac Reverendisſimo Domino Georgio Széchény Archiepiſcopo Colocenſi, quâ Epiſcopo Jaurienſi, contrà antiqua Privilegia & Indulta ipſorum aggravatos, inq; pacifico eorundem uſu impeditos, querularentur. Ideò Cauſæ eædem per Dominum Comitem Palatinum, adhibitis ad id Tabulæ Regiæ Judiciariæ juratis aſſeſſoribus, Jure extraordinario proximè celebrando, Judicialiter revidendæ, ac ſecundùm DEUM, & ejus Juſtitiam, ex producendis annotatarum Partium Privilegiis, ac Documentis, finaliter determinandæ decernuntur. Non abſimiliter differentia Meszlinienſium Nobilium pariter contra antiqua eorundem (uti querularentur) Regia Privilegia injuriatorum ex fundamento Privilegiorum eorundem, ac ab utrinq; producendorum documentorum eodem Jure prætacto extraordinario revidenda, & concludenda ſtatuitur. Interim verò, nec idem Dominus Epiſcopus, nec ſucceſſores ſui, eosdem præfatos querulantes, contrà ipſorum Privilegia, & Indulta, uſumque eorundem moleſtet, turbet, aut quoquo modo impediat, à modo impoſterùm, ſub pœna centum florenorum toties quoties iisdem privilegiis, uſuique eorundem per ſæpefatum Dominum Epiſcopum contraventum fuiſſe compertum fuerit, de Bonis illius, aut ejusdem ſucceſſorum acquiſiticiis. Ex parte quidem mentionatorum Sabarienſium & Bagyoghienſium per Dominum Comitem Palatinum, velut Cauſæ Judicem in eodem Jure extraordinario; Ex parte verò toties fatorum

Nobilium Meszlinenſium, ac ſedis de Veche, per Vice-Comites ſub pœna violentiæ æquè toties quoties compertâ rei veritate ex Bonis eâ, quâ præfertur, modalitate adjudicanda & deſumenda ſtatuitur.

Familia Bottiány ergà Eörſegienſes priori Jure ſuo uti poſſit.

ARTICULUS LV.

ET ſiquidem intellexisſent Status & Ordines Regni Eörszighienſes in Derogamen Juris & uſus conſueti Familiæ Bottiany ergà eosdem Eorſeighienſes, à memoria hominum uſurpati, contra eandem Familiam Bottiany certas Litteras Protectionales extraxiſſe, taliterque à Jurisdictione dictæ Familiæ ſe emancipare velle. Ideò Status & Ordines Regni decernunt, ut ipſa Familia Bottiany non obſtantibus ſimilibus Litteris Protectionalibus, vel aliis quibusvis impedimentis, impoſterùm etiam Jure ſuo priori & continuato, ergà ipſos Eörſeighienſes uti poſſit.

De Officialium Ovarienſium Exceſſibus tollendis.

ARTICULUS LVI.

AD tollendos Officialium Ovarienſium Exceſſus ſub titulo Juris Gladii, in Vicinam Nobilitatem & Colonos ejusdem hactenùs præjudicioſè patratos, renovato Articulo 48. 1638. concluſum eſt, ut iidem Officiales, tam præſentes, quàm futuri, à ſimilibus præjudicioſis Exceſſibus abſtineant, & in omnibus Legibus Regni ad inſtar aliorum Dominorum, & Officialium in Regno exiſtentium ſubjaceant.

Obſides Liberæ Regiæque Civitatis Nagy Banienſis, Szathmarini præjudicioſè intertenti dimittuntur.

ARTICULUS LVII.

AD demisſam porrò Statuum & Ordinum Inſtantiam, Sua Majeſtas clementer ordinaturam ſe obtulit, quatenùs obſides prætactæ Civitatis Szathmarini his Revolutionibus præjudicioſè per Loci Commendantes tenti, illicò Liberi dimittantur, neq; eatenùs ampliùs per quemcunq; aggraventur.

Nonnullorum Gravaminum Complanatio ad futuram Diætam intra Anni Revolutionem celebrandam rejicitur.

ARTICULUS LVIII.

ET quia propter modernos inteſtinos motus, ad iteratas etiam Suæ Majeſtatis Adhortationes Fideles Status & Ordines certam nonnullorum Gravaminum ſuorum partem ad futuram Regni Diætam intrà Anni revolutionem Poſonii, veluti Loco ad negotia Regni articulariter deſtinato, celebrandam, ſine aliquo tamen præjudicio Diplomatis Regii, & ſoliti Diætalis Curſus derogamine rejecisſent. Ideò ex partæ Suæ Majeſtatis benignè affecurati

Digitized by Google

curati ſunt Regnicolæ dictam Diætam omninò intrà Anni Revolutionem Poſonii celebrandam futuram, ubi nimirum tam præſcripta Gravamina modo prævio rejecta, quàm alia medio tempore ſors emergentia, ad mentem ſecundæ Conditionis Diplomatis Regii Sua Majeſtas finaliter complanare dignabitur, demiſsè ſuplicantes, ut juxta eandem Conditionem Diplomaticam, aliasque Regni Leges ſucceſsivis etiam Annis intra triennium Diætas indicere, ac Domum quoque Poſonienſem in eum præciſè finem ordinatam, iterum uſui Regnicolarum applicare dignetur.

Generalis Amnyſtia Exulantibus reſipiſcentibus, & ad Fidelitatem ſpontè redeuntibus, cum effectiva Bonorum Reſtitutione in ſtatu quo nunc ſunt, conceditur.

ARTICULUS LIX.

Ex innata Suæ Majeſtatis Sacratisſimæ Clementia & benigna Reſolutione concluſum etiam eſt, ut omnes & ſinguli, qui his annorum Revolutionibus à Fidelitate ſuæ Majeſtatis deviando reſipuerint, & ad Fidelitatem intrà ſpatium duorum Menſium à publicatione præſentium redierint, Homagiumque Fidelitatis coram Supremis vel Vice-Comitibus, aut Generalibus vel Præſidiorum Capitaneis eo redituri more conſueto depoſuerint, realem ac effectivam omnium Bonorum ſuorum præ manibus Fiſci actu exiſtentium Reſtitutionem, & Capitis ſeu vitæ gratiam ipſo facto conſequantur, atque omnibus & ſingulis Generalis omnium eorum, quæ ab Anno 1670. usq; ad reditum hinc inde geſta, commisſaque fuerunt, Amnyſtia concedatur, ita quòd omnes cædes, rapinæ, ſpolia, latrocinia, interceptiones, Civitatum, Oppidorum & Villarum combuſtiones, expillationes, Proventuumque Regiorum ſive in Cameris, ſive aliter qualitercumque direptiones, generaliter verò univerſæ violentiæ ſub hoc tempore factæ, & patratæ nulli omninò cujusvis ſtatùs, & Conditionis, Ordinis ac præeminentiæ exiſtant, quoquo modo imputentur, ſed de plano & ſimplici obliterentur, & nullo unquam tempore quovis exquiſito modo & colore per Suam Majeſtatem aut Succesſores ejusdem, legitimos Hungariæ Reges, vel per ipſos damnificatos Regnicolas ad invicem palàm vel occultè, intrà vel extrà Judicium, per ſe vel per alios quospiam ipſi exulantes reſipiſcentes (exceptis iis, qui ulteriori pertinacia ducti effluxo bimeſtri ſpatio, quâ publici Patriæ hoſtes ad debitam Fidelitatem non redierint, aut ſi qui præviâ præſentium Articulorum publicatione iisdem rebelliosè adhæſerint) propterea impediantur, vel aliqualiter aggraventur, quin imò hi omnes & ſinguli, ſuper ſuis factis, intra præfatum tempus commisſis, à quibuslibet Actoribus, Cauſidicis, Litigantibus tam intrà, quàm extra Judicium, liberi penitùs & abſoluti habeantur, atquæ hæc generalis per Suam Majeſtatem conceſſa Amnyſtia etiam ad eos, eorumq; Succes-

Digitized by Google

ſores, qui ſub præteritis motibus per Areſtum, vel aliter qualitercunq; per ſubſecutas Reverſales, ac Decreta ad Cameras, vel alia loca extradata innodati fuiſſent, defactoq; in Fidelitate Suæ Majeſtatis conſtanter permanerent perennaliter extendatur, & præſcriptæ Reverſales, ac Decreta occaſione eadem extradata (ſalvis nihilominùs illis, quæ de ſimilibus Litteris ſupra in Articulo 11. concluſa ſunt permanentibus) ſimpliciter caſſantur.

Oppidum Ruszt, à Sua Majeſtate Libertate donatum in numerum reliquarum Liberarum Civitatum, adeoq; ad publicos Regni Conſeſſus admittitur.

ARTICULUS LX.

SIquidem Sua Majeſtas ex ſpeciali ſua gratia Oppidum ſuum Ruszt dictum, anteà quidem etiam Privilegiatum, benignè collatis eidem certis Privilegiis, in numerum aliarum Regiarum Regni Hungariæ Civitatum recipiendum, aggregandumq; reſolviſſet. Ideò Status quoque & Ordines Regni, pari omnium voto idem Oppidum pro libera Regiaq; Civitate acceptantes, in ordinem reliquarum Civitatum Regni Hungariæ Partiumque eidem annexarum annumerandum ſtatuunt, in numeroque reliquorum Statuum & Ordinum Regni publicos Conſeſſus habere annuunt.

Portarum Rectificatio cum defalcatione deſolatorum & combuſtorum locorum inſtituatur.

ARTICULUS LXI.

SIquidem his motibus multa loca hinc inde deſolata eſſent, & combuſta, ideò pro alleviatione miſeræ Plebis, talia loca per certos Deputatos à parte Comitatuum denominandos, primo quoque tempore, conſcientiosè revidenda, & proportionaliter defalcanda, ac juxtà talem defalcationem ſubſidia quarumvis Contributionum limitanda Articulariter exolvenda & ubiq; acceptanda cum benigna Suæ Majeſtatis Sacratisſimæ annuentia, decernuntur.

De Authoritate Banali ſervanda, Milite exauthorato reſtaurando, ſtipendioq; infallibili ſubminiſtrando, & Confiniis Colapianis muniendis.

ARTICULUS LXII.

POſteaquàm Sua Majeſtas Sacratisſima Officium Banatûs Illuſtrisſimo Domino Comiti Nicolao Erdődy de Monyorokerek tam ſuis, quàm Prædeceſſorum ſuorum præclaris meritis, id exigentibus cum Authoritate avita, & in diverſis Articulis ſignanter autem 32. 1638. ac aliis in eodem citatis, ac in Articulo 53. Anni ejuſdem 1638. (qui hoc loci renovantur) expreſſata contuliſſet, idem verò Officium abſque milite ſufficienti & neceſſaria proviſione munitioneq; Confiniorum Colapianorum, ex integro adminiſtrari, & inimicorum hoſtiles impetus refrœnari, Regnumq; ipſum defendi & conſervari, ac hæreditariarum Suæ Majeſtatis Sacratisſimæ Provinciarum tranquillitati proſpici haud posſibile eſſet; Ideò ex annuentia quoq; Suæ Majeſtatis Sacratisſi-

mæ

Digitized by Google

mæ concluſum eſt, ut prætactus miles exauthoratus ſtante præſenti Diæta ad mandata Suæ Majeſtatis Sacratisſimæ non ſolùm redintegretur & reſtauretur, verùm, etiam augeatur, & tam ipſi Domino Comiti Bano, quàm prætacto militi, de ſtipendio infallibili annuo provideatur, præſidia verò Colapiana tormentis Bellicis, mortariis, falconibus, ſeu Barbatis, globis & pulvere pyrio muniantur, & ad reprimendos impetus hoſtiles armentur & fortificentur.

Articulus 89. 1659. de Reſtitutione Valachorum, Sclavorum, & Prædauciorum in Confiniis commorantium cum aliis ſuperindè ſancitis renovatur & effectuandus declaratur.

ARTICULUS LXIII.

LIcèt tot Articulis diplomatibusq; Regiis in diverſis Diætis ſancitum ſit, ut Valachi, Sclavi, & Prædauczii ſub poteſtate Capitaneorum in Confiniis Croaticis & Sclavonicis commorantesRegno incorporarentur,& SacræCoronæ reapplicarentur,Officiaq; militaria alternatim Nationalibus conferrentur, hucusque tamen præmiſſæ Leges & Diplomata optato effectui mancipata non eſſent, quòd non absque gravi damno & præjudicio eorundem Statuum & Ordinum Regni ineffectuatum eſſe manifeſtè comperiretur. Ideò ex benigna annuentia Suæ Majeſtatis, univerſorum Statuum & Ordinum Voto & ſuffragio ulteriùs quoque ſancitum eſt, ut Articulus 89.1659. aliique in eo citati & attacti, etiam nunc renovati, debitæ executioni & effectui modalitate in iisdem expreſſatâ quamprimùm demandentur & terminentur.

Privilegia Valachorum in Præjudicium Regni emanata iteratò caſſantur.

ARTICULUS LXIV.

STatuta & Privilegia Valachorum in præjudicium Regni & Sacræ Coronæ, prouti anteà per Articulos 90. Anni 1659. & 40. 1635. caſſata extitiſſent, ita & nunc, tum per priùs, tum forte etiam ex poſt extradata caſſantur & mortificata eſſe pronunciantur.

Valachi in Poſſeſſione Oszek commorantes aliò translocentur.

ARTICULUS LXV.

QUamvis Valachi Oszekienſes, juxtà Articulum 92. Anni 1659.ob diverſas violentias, damna, furta, & alia mala facinora in eodem uberius ſpecificata, non ſolùm puniri, verùm etiam aliò translocari, ad loca Confiniaria Turcis inimicis viciniora & defenſione indigentia debuiſſent. Iidem tamen Valachi adhuc translocati non extitisſent, imò in dies pejora & graviora damna Regnicolis (quibus multò viciniores quàm confiniariis eſſent) inferre, & cœtera mala facinora perpetrare non deſiſterent. Ut itaque juxtà Articulum præcitatum (qui hoc loci renovatur) ad loca pro defenſione Confiniorum magis neceſſaria (in quibus his recenter evolutis temporibus plurimi Pagi locati ſunt) transferantur & translocentur communibus Votis annuente quoque Sua Majeſtate concluſum eſt.

De

De inſurrectione Regni Croatiæ, & Sclavoniæ.

ARTICULUS LXVI.

REgna porrò Croatiæ & Sclavoniæ tempore majoris & minoris impetûs hoſtilis ſecundùm actionem inimici, juxta Leges & Conſuetudines ſuas inſurgent. Quæ Regna ut in ſuis Juribus, Privilegiis, Statutis, Articulis & Conſuetudinibus (quæ hoc loci renovantur, & confirmantur) conſerventur, concluſum eſt.

De fugitivis Colonis reſtituendis & pœna non reſtituentium.

ARTICULUS LXVII.

NOn ſine gravi præjudicio, & damno, diminutione Proventuum, deſolationeque Patriæ, ſubditi & Jobagiones Regnicolarum, unà cum prolibus & Familia, jumentisque & rebus, ad Confinia nonnunquam flagitiis diverſis perpetratis, promeritam pœnam metuentes, nonnunquam verò debitis contractis vel aliis oneribus obnoxii, Dominorum Terreſtrium ſuorum, vacuis Terragiis & fundis, alii etiam Uxoribus aut Parentibus relictis, ad Confinia transfugere, ſubinde verò ipſimet Confiniarii eosdem clam vel violenter ſimiliter cum Familia & rebus mobilibus translocare, & abducere conſueverunt, qui taliter profugi, aut abducti, periculorum ignari, facilè per excurſiones Turcarum & alia diverſa media, in manus & Captivitatem diram Ottomanicam frequenter deveniunt. Ut itaque huic pernicioſo malo occurratur, annuente etiam Sua Majeſtate concluſum eſt, ut Domini Capitanei, & Officiales Confiniorum, tales fugitivos ſubditos, nullo unquam tempore ad Confinia recipiant, multò autem minùs Confiniarii eos vi, vel clam abducant, imò receptos abductos, aut quoquo modo ingreſſos ad requiſitionem Dominorum Terreſtrium debito modo fiendam, ſub pœna florenorum quingentorum ex parte non reſtituentium, prouti & alia ex parte vi, aut aliter qualitercunque abducentium, florenorum Hungaricalium centum ſingillatim incurrenda, & de bonis & ſalariis eorundem deſumenda, in una parte Judici Executori ſcilicet Generali Confiniorum, aut ejus vices gerenti, in alia verò damnificato cedente, unà cum familia & rebus etiam medio tempore acquiſitis, univerſis eo facto reſtituant.

Ut Arx Sziszek Capitulo Eccleſiæ Zagrabienſis in priſtinum Statum reſtituatur.

ARTICULUS LXVIII.

IN caſu reſtitutionis in priſtinum ſtatum Arcis Sziszek Eccleſiæ & Capitulo Zagrabienſi fiendæ, quòd ſua Majeſtas Sacratiſſima benigniſſimum ſuum affectum ergà hoc in paſſu facientes inſtantiam, proximè & quidem abundè demonſtratura ſit, acquieſcunt Regnicolæ, ſalvâ ſemper Jurisdictione Regni permanente.

Digitized by Google

Articulus 101. Anni 1659. de pulſione Boum ad Portum Buccari, & 119. 1647. occaſione Decimarum Diſtrictûs Metlike renovantur.

ARTICULUS LXIX.

DE Expulſione Boum per Regnum Croatiæ & Sclavoniæ abſque ullo cujuſlibet impedimento liberè pellenda Articulus 101. 1659. & alii in eodem citati. Prout & Articulus 119. Anni 1647. occaſione Decimarum Diſtrictûs Metlike Capitulo Zagrabienſi cedentium hoc loci renovantur, & obſervandi decernuntur.

Articuli quoque 97. de Collatione Officiorum Confiniariorum & 100. de incorporatione Regno & reſtitutione Colonorum Capronczenſium Anni 1659. cum cæteris in iisdem ſpecificatis confirmantur, & declarantur.

ARTICULUS LXX.

UT Articulus 97. Anni 1659. de Collationibus Officiorum Confiniariorum, nec non etiam Articulus 100. de incorporatione Regno, & reſtitutione Colonorum Capronczenſium Anni ejuſdem, reliquique in eiſdem citati confirmati effectuentur, cum ea declaratione, ut in priori Articulo ſcilicet 97. Generalatus & Colonellatus ſubintelligantur & comprehendantur, Generalatuum & pari numero Colonellatuum primis vacantiis, juxtà Articulos ſuperindè conditos ratio habeatur, communibus ſuffragiis, accedente etiam Suæ Majeſtatis annuentia, concluſum eſt.

De Bonis Frangepano-Fiſcalibus, ac aliis à Jurisdictione Regni non avellendis.

ARTICULUS LXXI.

UT Bona Frangepano-Fiſcalia, tam maritima, quàm Croatica, ac alia quævis, intra limites Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ exiſtentia, hucusque ad manus Fiſci Regii deventa, ſive ea præ manibus Fiſci Regii, ſive aliorum quorumcunque ſint, à Sacra Corona & Jurisdictione ſolita Regni non avellantur, neque per ullum, cum præjudicio & derogamine ejusdem Coronæ & Regni poſſideantur, imò ſemper legibus & oneribus Regni prætacti, ſint ſubjecta, communibus votis determinatum eſt.

De eductione Militis ex Arce Varasdienſi Articuli ſanciti in effectum deducendi.

ARTICULUS LXXII.

UT miles germanus juxta Articulum 99. 1659. & alios in eodem citatos ex Arce Varasdienſi educatur annuente etiam Sua Majeſtate concluſum eſt etiam nunc; Quod Sua Majeſtas benignê (ne Articuli ſine fructu conditi eſſe intelligantur) mediantibus ſuis benignis Mandatis, eo in paſſu ad Excelſum Conſilium Bellicum Græcenſe expediendis, & dirigendis, quantociùs peragi curare dignabitur.

Digitized by Google

Depaſcuatio Fœnilium tot Articulis vetita ut tandem tollatur ſancitum eſt.

ARTICULUS LXXIII.

ET licèt depaſcuationes Fœnilium diverſis Articulis ſignanter verò 98. Anni 1659. & aliis in eodem attactis (tam per milites Generalatui Varasdienſi, quàm Carloſtadienſi ſubjectos abuſivè inductæ) tollendæ declaratæ extitiſſent, eædem nihilominùs non absque gravi damno Regnicolarum hucusque ſublatæ non eſſent, imò ad ruinandam miſeram Plebem non ſolùm abuſivo quodam modo, ad Feſtum Sancti Joannis Baptiſtæ exerceri ſolitæ uſurparentur, verùm etiam usque ad Feſtum Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum veteris Calendarii (quod de Lege Regni ſublatum eſſet) ſignanter in poſſesſione Draganich propè Carloſtadium protraherentur. Quæ ut abſolutè tollantur & leges ſuperindè ſancitæ obſerventur, decernitur. Pari ratione Quarteria Hybernalia inconſueto quodam prætextu, practicari cœpta abrogantur.

Ut Domini Colonelli & alii Officiales Confiniarii ab Injuriis & violentiis Regnicolis inferendis, coërceantur, Regnicolæque in, & circa Confinia Bona habentes hominibus replere valeant.

ARTICULUS LXXIV.

QUoniam ſat graves injurias & violentias nonnulli Domini Colonelli & alii Officiales Confiniarii in Confiniis Sclavonicis, & Croaticis, in Bonis, Prædiis, Sylvis, Aquis, Piſcaturis, & piſcium clauſuris, fundisque Curiarum, & domorum inferre ſolerent, fructusque & utilitates ſibi vendicarent. Ea propter ſancitum eſt communi ſuffragio, ut ſua Majeſtas per ſua media, benignaque mandata & decreta, ab ejusmodi damnis, violentiis, & injuriis inferendis, eosdem Colonellos & Officiales clementer coërceat, occupataque Jura reſtitui, & contrarium facientes, condignè puniri faciat. Regnicolæ verò in, & circa Confinia loca deſerta, & Prædia, ac Bona habentes, hominibus replere pro emolumento & defenſione Patriæ, quorumvis Colonellorum Confiniariorum, aut aliorum reclamationibus, obſtare non valentibus, posſint, & valeant. Quâ occaſione, etiam Articulum 49. 1647. renovant, & obſervandum declarant, includendo milites & Officiales Germanos univerſos quoad educillum.

De medietate tam ordinariæ Triceſimæ, quàm auctionis ejusdem, in Regno Croatiæ & Sclavoniæ, pro milite Colapiano convertenda.

ARTICULUS LXXV.

SIquidem Regnum Croatiæ & Sclavoniæ gravi admodùm militum Colapianorum non ſolùm ad Conſervationem illius Regni, verùm etiam vicinarum Suæ Majeſtatis hæreditariarum Provinciarum ſecuritatem majorem præteritis temporibus conductorum exolutione premeretur. Ad quam exolutionem Contributiones & Diccæ ejusdem Regni cùm minimè ſufficerent, idem Regnum debita

bita etiam ad plura milia ſe extendentia contrahere neceſſitatuum ſit. Ea propter ex benigna Suæ Majeſtatis annuentia tam medietas ordinariæ ejuſdem Regni Triceſimæ, quàm ejuſdem Auctionis per ſupremum Nedeliczenſis Triceſimæ Exactorem in rationem prælibatam Exactori Regni ordinaria adminiſtranda declaratur.

Ut Magiſter Prothonotarius Regnorum Dalmatiæ Croatiæ & Sclavoniæ non ſolùm in Diætis, in Tabula Regia, verùm etiam in Judiciis Octavalibus ordinariis & extraordinariis, ac Brevibus, locum, votum, & Diarium habeat.

ARTICULUS LXXVI.

STatus & Ordines benigno Suæ Majeſtatis Sacratisſimæ accedente Conſenſu decernunt, ut Magiſter Prothonotarius Regni Croatiæ & Sclavoniæ, ac ſui in eodem Officio Succeſſores, non ſolùm in publicis Diætis, Tabula Regia, verùm etiam in Judiciis Octavalibus, ordinariis, & extraordinariis, ac Brevibus, locum, votum, & diarium ad inſtar aliorum Prothonotariorum habeat.

Civitatis Segnienſis Gravamina & Querelæ Commisſione mediante determinandæ.

ARTICULUS LXXVII.

UT Domini Commiſſari in Articulo 23. pro rectificandis metis denominati, gravamina quoque, & omnes difficultates Civitatis Segenienſis determinent, & juxtà Leges ſuperindè prioribus Diætis editas, ſignanter verò Articulos 96. Anni 1659. 69. 1655. & 32. 1649. & Privilegia ejuſdem Civitatis executioni indilatè demandent, concluſum eſt. Neque permittet Sua Majeſtas Sacratisſima, ut deinceps ab ejus Officialibus, Capitaneis aut Generalibus ipſi Segenienſes, in ſuis turbentur Juribus & Privilegiis, ſed omnes injurias ac violentias, non ſolùm graviter inhibere, ſed & Transgreſſores ſeverè puniri curabit.

Articuli 93. 94. & 95. Anni 1659. renovantur & declarantur, Vinorumque Educillatio, & Artes Mæchanicæ in præjudicium Civitatum militibus & cæteris Incolis probibentur.

ARTICULUS LXXVIII.

ARticulo 93. in Anno 1659. condito, & jam ratificato, Status & Ordines addendum decernunt, ut Milites tam Nativi, quàm externi in Territoriis Civilibus, fundos, domos, hortos, teras, vineas, ac Bona habentes, Juriſdictioni Magiſtratûs, & Judicio obtemperare recuſantes, talia Bona Judicio ad inſtantiam Fiſci Civitatis coram Magiſtratu præmiſſo; pari modo etiam Artes Mœchanicas exercentes, aut Vina in præjudicium Civium, & aliorum Dominorum Terreſtrium, vel Regnicolarum educillantes, Res & Vina educillo expoſita, apud eosdem deprehenſa ipſo facto amittant. Hoc loci etiam Articuli 94. & 95. Anni ejuſdem 1659. renovantur, & ut modalitate in iiſdem ſpecificata, effectuentur, reſpectusque in impoſitione Taxæ Regiæ in præmiſſo Articulo 94. præſpecificatus non ſolùm Civitatum ibidem attactarum, verùm etiam Varasdienſis habeatur, Status & Ordines dignum eſſe cenſent.

Digitized by Google

Ut liber Quæſtus, inter Regnum & Provincias exerceatur, Arreſtationesq; pro alienis debitis non admittantur.

ARTICULUS LXXIX.

DEcernunt quoq; Status & Ordines, ut liber Quæſtus quarumlibet rerum venalium inter Regnum & Provinçias Suæ Majeſtatis exerceatur, utque Arreſtationes rerum aut perſonarum pro alienis Debitis nullo unquam tempore fiant, contrafacientesq; pœnâ Articulari puniantur.

Pro Articulorum Effectuatione Status & Ordines Regni ſupplicant.

ARTICULUS LXXX.

ET quia uti ex clementer reſolutis, & per Regnicolas, cum benigna Suæ Majeſtatis annuentia concluſis Articulis, palàm conſtaret, eadem Sua Majeſtas ſeſe pro avita hujus Regni libertate reſtituenda, ad Legesq; & privilegia Diplomateq; ſuper iisdem libertatibus confirmanda, ac contraria etiam eisdem omnia, quæ hactenùs facta ſunt ſimpliciter abolenda, & tollenda reſolvere, ſed & in Nativi militis reductionem, extranei verò ſtatim poſt ſedatos motus fiendam eductionem, intereà verò in diſciplinæ militaris rigorem annuere. Prætereà prætendentibus damnificatis legalem ſatisfactionem promittere, Exulantibus Generalem Amnyſtiam clementer promulgare, taliterq; pro univerſali Tranquillitate, & ſecuritate procuranda Paternam ſuam operam, ad publicam Regno quietem ſtabiliendam adhibere dignata eſt. Ideò Status quoq; & Ordines Regni easdem benignas Suæ Majeſtatis Reſolutiones in ſeriem Articulorum ſuorum inſertas humili animorum ſuorum ſenſu acceptant, & pro effectuatione eorundem Articulorum primâ quâque Occaſione fiendâ, ſupplicant, ut benignè confirmatos ipſorum Articulos debito modo effectuari curare, ac in uſu illorum, ſicut & aliorum Regni Privilegiorum, Status & Ordines contrà quosvis illorum violatores Authoritate ſuâ Regiâ conſervare dignetur.

Domini Principes Hermannus, & Ludovicus, Marchiones Badenſes; Dominus item Joannes Paulus Hocher, Liber Baro de Hochengrain, ſupremus Aulæ Cancellarius; & Dominus Chriſtophorus itidem Liber Baro de Abele ſolenni per Status invitatione ergà eosdem præmiſſa, in Hungaros recipiuntur.

ARTICULUS LXXXI.

GRatam animi promptitudinem, & in augmentum Conſervationemque hujus Regni tam apud ſuam Majeſtatem ſtudiosè interpoſitam, quàm alibi quoq; favorabiliter declaratam Sereniſſimorum Dominorum Principum Hermanni Sacræ Cæſareæ Regiæq; Majeſtatis intimi Conſiliarii, Excelſique Conſilii Aulæ Bellici ſupremi Præſidis, Campi Marſchalli, & Præſidii Jaurienſis Confiniorumq; eidem adjunctorum Generalis; Ludovici item ejusdem Sacræ Cæſa-

Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Generalis Vigiliarum Præfecti, & Regiminis Pedeſtris Colonelli Marchionum Badenſium, & Hochpergenſium, Landgraviorum in Sanzembergh, Comitum in Spohaim & Eberſtein, Dynaſtarum in Rottelen, Baden, Weyler, Lahr, & Mahlbergh: pari paſſu Excellentisſimorum Dominorum Joannis Pauli Hocher Liberi Baronis de Hochengrain, dictæ Suæ Majeſtatis, Cæſareæ & Regiæ Conſiliarii intimi, & Supremi Aulæ Cancellarii, Pignoraticii, in Stamach, Sterzingen & Bludensz: Item Chriſtophori Liberi Baronis de Abele, Nobilis Domini in Hakingh, Schilleran, & Winterspach, Domini in Blumenegh, & Englemanſtrigh prælibatæ Sacræ Cæſareæ Regiæq; Majeſtatis actualis intimi Conſiliarii, & Cameræ Aulicæ Supremi Præſidis, Status & Ordines Regni, cum debita gratitudine, præſenti quoq; Occaſione recognoſcere volentes, proprio motu, ſolenniq; ergà eosdem præmiſsâ Invitatione, ſolo conteſtandi in eosdem grati animi Argumento, recepto ab ipſis ſolito juramento, eosdem in numerum, reliquorum Regni Hungariæ Incolarum receperunt, & unanimi voto acceperunt; ſperantes ipſos gratos & utiles Patriæ Cives, commodorumq; ejusdem ſtudioſos Promotores, & Defenſores futuros.

Domini, Zdenko Comes à Caplyrs, Æneas Comes à Kaprara, Franciſcus Maximilianus S. R. I. Comes in Mansfeld, Julius Spinola Marchio Arquatæ, Joannes Sebaſtianus Comes à Pötting, Carolus Maximilianus Comes Laſchanszky, Fridericus Comes à Scherffenberg, Mauritius Balthaſar Comes de Bönningkhauſen & Altenburg, Carolus Maximilianus Comes de Tury, Joannes Andreas Wychter de Grueb, Gervaſius à Gollen, Franciſcus Alexander de Veymes, Sylveſter Baro Joanelly, Albertus, Wolffgangus, Chriſtophorus, & Otto Ludovicus à Rindsmaul, Joannes Henricus à Wurmbrandt, Joannes Gregorius ab Hoffmann, & alter Joannes Georgius Hoffmann, Joannes Jacobus Baro à Baczendorff, Nicolaus Guilielmus Beckers Liber Baro de Wallhorn, Joannes Paulus Baro de Gar, Fridericus Ferdinandus Illmer, de & in Wartenberg, Sylveſter Joſephus à Rotta, Sylvius Brixicanus Bergomanenſis, Ludovicus Küſsinger, nec non Paulus Jány ſimiliter in Hungaros recipiuntur.

ARTICULUS LXXXII.

DEmum ad benignam Suæ Majeſtatis Sacratisſimæ Recommendationem, & eorum etiam apud Status & Ordines propterea factam inſtantiam, Regnicolarumq; nonnullorum Interpoſitionem, Illuſtrisſimos & Excellentisſimos Dominos Zdenconem Comitem à Caplyrs, Liberum Baronem de Sulevicz, Sacræ Cæſareæ Regiæq; Majeſtatis intimum, & Bellicum Conſiliarium, Camerarium, Supremumq; Rei tormentariæ Præfectum; Æneam Comitem à Kaprara Generalem, Franciſcum Maximilianum S. R. I. Comitem in Mansfeld, Nobilem Dynaſtam in Heldrungen, Seeburg & Schraplau &c. Aurei Velleris Equitem, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Camerarium, Satellitum Præfectum & Con-

Conſiliarium Imperii Aulicum, Julium Spinola, Sacri Romani Imperii Marchionem Arquatæ, dictæ Suæ Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Camerarium; Joannem Sebaſtianum Comitem de Pötting, Liberum Baronem in Rabenſtein, Hæreditarium Burgravium in Lientt, Dominum in Rumburgh, & Tüpald, præfatæ Sacræ Cæſareæ, nec non Hungariæ & Bohemiæ Regiæ Majeſtatis Cameræ Aulicæ Conſiliarium, & Camerarium; Carolum Maximilianum Comitem Laſchanszky, Liberum Baronem de Bürkove, Dominum in Manetin, Mladgyeiovicz, Weſſecz, Comitem Fridericum Scherffenberg, altememoratæ Suæ Majeſtatis Sacratisſimæ Camerarium & unius Regiminis peditum Colonellum, Mauritium Balthaſarem Comitem de Bönningkhauſen, & Altenburg, Liberum Baronem ab Adenoys &c. Carolum Maximilianum Comitem de Turry, & Valle Sasſina, ejusdem Sacræ Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Camerarium, Conſiliarium, nec non Regii Judicii, & Tribunalis in Moravia Aſſeſſorem; Joannem Andream Wichter, de Gruieb, Camergraphium Montanarum Civitatum; Gervaſium à Gollen, actualem Aulæ Cæſareæ Conſiliarium, Franciſcum Alexandrum de Weymes, Sylveſtrum Baronem Joanelly, Albertum Wolffgangum, Chriſtophorum, Ottonem, Ludovicum à Rindsmaul, Joannem Ehenricum à Wurmbrand, Joannem Georgium ab Hoffmann Sac. Rom. Imperii Equitem, & alterum Joanem Georgium Hoffmann, inferioris Auſtriæ Regiminis Conſiliarium; Joannem Jacobum Baronem à Baczendorff, dicti Sac. Rom. Imperii Equitem ſupratactorum Serenisſimorum Principum Hermanni, & Ludovici Marchionum Badenſium, Conſiliarium: Nicolaum Guilielmum Beckers Liberum Baronem de Wallhorn, Conſiliarium & Archiatem Cæſareum: Joannem Paulum Baronem de Gár; Fridericum Ferdinandum Illmer de & in Warttenberg, Sylveſtrum Joſephum de Rotta; Sylvium Brixicanum Bergomanenſem: Ludovicum Küsſinger, & Paulum Jany, accepto ab iisdem conſueto Juramento, Status & Ordines in Conſortium, & numerum ſuum acceptârunt, & cooptârunt; eâ tamen conditione, ut iidem, eſto Juramentum depoſuerint, nominaq; ipſorum publicis Regni Juribus inſerta ſint, nihilominus pro efficaciori eorundem firmitate Teſtimoniales, & Privilegia ſua, ex Cancellaria Hungarica excipere ſint obligati. Qui autem eorundem, ob abſentiam, hîc & nunc conſuetum præſtare Juramentum nequiviſſent, ii in Comitiis Regni proximè affuturis, vel verò coràm Sua Majeſtate Sacratisſima, in præſentia Dominorum Comitis Palatini, & Cancellarii præſtabunt; ſecùs qui modalitate prævià, id non effectuaverint, ſuperindeq; Privilegia ſua non extraxerint, pro receptis nequaquam reputabuntur. Quibus Suæ Majeſtati Sacratisſimæ debito fidelitatis, & humilitatis cultu exhibitis, Univerſi Status & Ordines ſeſe in Paternam Suæ Majeſtatis Gratiam, & Protectionem demiſsè recommendantes, benignitatem, & ſingularem Clementiam Suæ Majeſtatis Sacratisſimæ, devotâ animi gratitudine, in æviternum recogniturì ſunt.

CON-

Digitized by Google

CONCLUSIO.

Nos itaque demiſſâ memoratorum Fidelium noſtrorum Dominorum Prælatorum, Baronum, Magnatum, & Nobilium, cœterorumque prætacti Regni noſtri Hungariæ, & Partium eidem annexarum, Statuum ac Ordinum Supplicatione, & inſtantia benignè exauditâ, clementer & admiſſâ, univerſos præſpecificatos Articulos, prævio modo Nobis præſentatos, hisce Litteris noſtris de verbo ad verbum inſeri, & inſcribi fecimus, eosdemque, ac omnia & ſingula, in illis contenta, ratos, gratos, & accepta habentes, eisdem Regium noſtrum Conſenſum, benevolum pariter & aſſenſum præbuimus, Regiâque pariter Authoritate noſtrâ approbavimus, acceptavimus, ratificavimus, & confirmavimus; ſecuros reddentes prædictos Fideles Status & Ordines, quòd omnia in præinſertis Articulis contenta, tam nos ipſi obſervabimus, quàm per alios quoscunque fideles noſtros obſervari faciemus: Quemadmodùm acceptamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus; Harum noſtrarum vigore & Teſtimonio Litterarum mediante. Datum in attacta Libera ac Regia Civitate noſtra Sopronienſi, Die Trigeſima Menſis Decembris, Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo Octuageſimo Primo. Regnorum noſtrorum Romani Vigeſimo Quarto, Hungariæ & reliquorum Vigeſimo Septimo, Bohemiæ verò Anno Vigeſimo Sexto. Reverendiſſimis ac Venerabilibus in Chriſto Patribus Dominis Georgio Szelepchény, Metropolitanæ Strigonienſis, & altero Georgio Szechény Colocenſis, & Bachienſis Eccleſiarum Canonicè Unitarum Archiepiſcopis, Sede Epiſcopatûs Agrienſis vacante, Martino Borkovich Zagrabienſis, Joanne Gubaſoczy Nitrienſis, Sede Varadienſis vacante, dicto Georgio Széchenу Adminiſtratore Jaurienſis, Andreâ Sebeſtény electo Tranſylvanienſis, Stephano Sennyey de Kis-Sennye Weſzprimienſis, Petro Korompay Vacienſis, Joanne Kéry de Ipolykér Chanadienſis, Paulo Széchény Quinque Eccleſienſis, Nicolao Balogh electo Novienſis, Jacobo Hasko electo Roſonenſis, Andreâ Szily electo Scopienſis, Franciſco Jány electo

electo Sirmienſis, Godefrido Kapaun electo Samandrienſis, Joanne Kalmanczay electo Scardonenſis, Georgio Horváth electo Corbavienſis, altero Georgio Fenyeſſy electo Almiſienſis, & Fratre Hyacintho Dymitri, Segnienſis & Modruſienſis Eccleſiarum Epiſcopis, Eccleſias DEI feliciter gubernantibus.

Item Spectabilibus ac Magnificis, Comite Paulo Eſterházy de Galantha, perpetuo in Frakno, dicti Regni Noſtri Hungariæ Palatino, ac Aurei Velleris Equite, Officio Judicatûs Curiæ noſtræ Regiæ vacante, Comite Nicolao Erdeödy de Monyoróke-rék annotatorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Regnorum noſtrorum Bano, Comite Emerico pariter Erdeödy de dicta Monyorókerék Tavernicorum, Comite Adamo à Zrinio Agazonum, Comite Georgio ſimiliter Erdödy de eadem Monyorokerék Cubiculariorum, Comite Nicolao Draskovich de Trakoſtyán Janitorum, Comite Georgio Illyesházy Dapiferorum, Comite Chriſtophoro Bottyány Pincernarum, Comite Joanne Draskovich de memorata Trakoſtyán Curiæ, Noſtrorum Regalium in Hungaria Magiſtris, ac Comite Joanne Pálffy ab Erdeöd Comite Poſonienſi, cœteriſque quàm plurimis dicti Regni Noſtri Hungariæ Comitatûs tenentibus, &

Honores.

SERIES

SERIES

Univerſorum Dominorum Statuum & Ordinum Regni Hungariæ, Partiumq; Eidem annexarum, ad Generalem Regni Diætam, pro Die 28. Menſis Aprilis Anni 1681. Sopronium publicatam, convocatorum & congregatorum.

STATUS PRÆLATORUM.

Archi-Epiſcopus Strigonienſis, Georgius Szelepcheny.
Archi-Epiſcopus Colocenſis, Georgius Szechény.

EPISCOPI.

Zagrabienſis, Martinus Borkovich, ex Ordine S. P. P. Eremitæ.
Nitrienſis, Johannes Gubaſoczy Cancellarius.
Transylvanienſis, Andreas Sebeſteny, idem Præpoſitus de Lelesz.
Vacienſis, Petrus Korompay.
Chanadienſis, Johannes Kéry, ex Ordine S. P. P. Eremitæ.
Quinque Eccleſienſis, Paulus Szecheny, ex eodem Ordine.
Segnienſis N.
Novienſis Nicolaus Balogh, Lector Strigonienſis, & Tabulæ Regiæ Prælatus.
Modruſienſis. N.
Corbavienſis, Georgius Horvath, Præpoſitus Major Agrienſis.
Sirmienſis Franciſcus Jany, idem Præpoſitus Chornenſis.
Tininienſis. N.
Scardonienſis, Johannes Kalmanczay, idem Præpoſitus Poſonienſis.
Roſonienſis, Jacobus Hasko, idem Præpoſitus Vagh Uyhelienſis.
Almiſienſis, Georgius Fenyesy.
Agrienſis vacat, cum Præpoſitura Jaszovienſi.
Varadienſis vacat, cum Præpoſitura Szepuſienſi.
Bidvanienſis. N. Boznenſis N. Sibinicenſis N.
Generalis Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ, Auguſtinus Benkovics.
Archi-Abbas Sancti Martini Ægidius Geneſy.

MAGNATUM SECULARIUM.

Excellentisſimus Dominus Comes Adamus Forgaſch Judex Curiæ Regiæ, qui ſub initium Diætæ mortuus eſt,
Comes Nicolaus Erdödy Banus Croatiæ.
Comes Paulus Eszterhazy Magiſter Curiæ, poſtmodùm in Palatinum electus.

H Comes

Digitized by Google

Comes Emericus Erdödy, Magiſter Thavernicorum. abſens.
Comes Nicolaus Draskovich Janitorum.
Comes Georgius Erdody, Cubiculariorum.
Comes Chriſtophorus de Battyan, Pincernarum.
Comes Adamus Zrini Agazonum, Magiſtri.
Comes Johannes Antonius Palffy Supremus Comes Poſonienſis.
Comes Stephanus Zichy Senior, Coronæ Conſervator.
Comes Chriſtophorus Erdödy, item Coronæ Conſervator.
Comes Stephanus Chaky Senior.
Comes Valentins Balaſſa.
Comes Johannes Draskovich.
Comes Adamus Czobor.
Comes Paulus Chaky, abſens.
Comes Paulus Zichy
Comes Adamus Zichy.
Comes Thomas Erdödy.
Comes Franciſcus Pethö.
Comes Nicolaus Palffy.
Comes Franciſcus Erdödy.
Comes Petrus Szechy.
Comes Franciſcus Eszterhazy.
Comes Franciſcus Kérzy.
Comes Ladislaus Chaky.
Comes Stephanus Zichy Junior.
Comes Sigismundus Homonay.
Comes Carolus Palffy.
Comes Sigismundus Petheö.
Comes Johannes Palffy.

BARONUM.

Magnificus Dominus Ladislaus Karoly.
Magnif. Dn. Franciſcus Barkoczy.
Dn. Nicolaus Berceny.
Dn. Emericus Revay.
Dn. Adamus Balaſſa.
Dn. Stephanus Koharzy.

Dn. Emericus Jakuſich.
Dn. Georgius Lippay.
Dn. Alexander Ezterhazy.
Dn. Caſparus Szunyok.
Dn. Matthias Hedly.
Dn. Henrichus Kollonich.

Dn. Alexander Bakacs.
Dn. Ladislaus Revay.
Dn. Adamus Amade.
Dn. Emericus Koharzy.
Dn. Nicolaus Orlay.
Dn. Stephanus Cſikulini.

Dn. Stephanus Forgach.
Dn. Adamus Viczay.
Dn. Gabriel Balaſſa.
Dn. Henrichus Szobbek.
Dn. Matthias Oſtroſich, Luth. qui per Ablegatum comparuit.
Dn. Johannes Lippay.
Dn. Johannes Eszterhazy.
Dn. Nicolaus Eszterhazy.
Dn. Moyſes Cziraky.
Dn. Sigismundus Kollonich.
Dn. Michael Boſſany. per Ablegatum.
Dn. Paulus Uy faluſy.
Dn. Alexius Revay.
Dn. Michael Eszterhazy.
Dn. Wolffgangus Koharzy.
Dn. Pancratius Sennyey.
Dn. Nicolaus Malakoczy.

Dn. Fran-

Dn. Franciſcus Ratkay.
Dn. Stephanus Orchoczy.
Dn. Adamus Prény.
Dn. Nicolaus Jllyeshazy.
Dn. Balthaſar Orſich.
Dn. Franciſcus Azary.
Dn. Johannes Sarkány.

Dn. Sigiſmundus Ratkay.
Dn. Joſiannes Preni.
Dn. Stephanus Palocſay.
Dn. Franciſcus Pongracz.
Dn. Georgius Maytény.
D. Andreas Zay. Luth. & pro Palatinatu Candidatus.
Dn. Stephanus Sarkány.

Præmiſſi Status omnes in Domo Magnatum (quam aliàs apud Poſonienſes domum viridem appellare conſueverunt) convenire ſolent.

In domo autem Regnicolarum ſubſequentes Status & Ordines Regni conveniunt.

AD TABULAM REGIAM.

Spectabilis ac Magnificus Dominus Stephanus Orbán, Sacratiſſimæ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis Perſonalis Præſentiæ in Judiciis Locumtenens & Conſiliarius.

Eidem asſident.

A DEXTRIS.

Generoſus Dominus Petrus Fodroczy.

Generoſus Dn. Georgius Kovachich, Regnorum Croatiæ, Sclavoniæ, & Dalmatiæ Ablegati.

Generoſus Dn. Franciſcus Kloluſiczky.

Generoſus Dn. Ludovicus Sztankay, Celſisſimæ Principiſſæ Relictæ Franciſci Rakoczy, Ablegati.

Generoſi Dn. Franciscus Nagy de Gyöngyös,

Stephanus Merei Secretarius.

Georgius Török Præfectus; homines Celſisſimi Principis Archi-epiſcopi Strigonienſis.

Generoſus Dn. Michael Kürtöſſy, Vice-Thavernicorum Magiſter.

A SINISTRIS.

Generoſus Dominus Valentinus Szenthe Vice-Palatinus.

Generoſus Dn. Stephanus Talyau, Magiſter Protonotarius Palatinalis.

Generoſus Dn. Stephanus Kalmanczay, Magiſter Protontarius Judicis Curiæ Regiæ.

Generoſus Dn. Paulus Orban, Magiſter Protonotarius Perſonalis Præſentiæ.

Generoſus Dn. Matthias Sigray Magiſter Protonotarius Perſonalis Præſentiæ.

Generoſus Dn. Petrus Antolcſus Protonotarius Regni Croatiæ.

Generoſus Dn. Franciſcus Putnoky.

AD TABULAM CLERI.

Ex Capitulis Strigonienſi, Reverendisſimus Dominus Blaſius Jaklin Abbas de Schavnik.

Admodum Reverendisſimus Dn. Ladislaus Mattyaſovszky.

Agrienſi, Reverendisſimus Dn. Stephanus Illyeſalvay, Cuſtos.

Jaurienſi, Reverendisſimus Dn. Michael Dvornikovics & Stephanus Telekeſſy } Canonici.

Nitrienſi. Reverendisſimus Dn. Matthias Demka. & Johannes Beluſſy. } Canonici.

Caſtriferrei. Petrus Tormasy Præpoſitus ibidem & Michel Bartok Canonicus.

Poſonienſi. Petrus Parady & Lucas Beleſich } Cannonici.

Scepuſienſi. Andreas Berzeviczy. Præpoſitus S. Stephani Varad. Lector. & Andreas Szantohazy Cuſtos.

Veszprimienſi. Johannes Szakony, Præpoſitus ibidem, & Albæ Regalis.

Zagrabienſis. Stephanus Zeliſſerich, Archi-Diaconus Boninienſis.

Chasmenſi. Stephanus Boſics Canonicus.

Segnienſi. Paulus Ritter, perſona Secularis nomine Capituli.

Ex parte Patrum Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitæ, Admodum Reverendisſimus Pater Petrus Fodoroczy, qui ex hac Tabula miſſus in Ablegationem cœleſtis Diætæ Die 6. Auguſti Anni præſentis 1681.

NOMINA COMITATENSIUM ABLEGATORUM.

Veszprimienſis Comitatus.
Nicolaus Horvath. Pont.

Paulus Feſtetich. Calv.

Sümögienſis & Szaladienſis.
Johannes Perneszy. } Pont.
Franciſcus Bacsmegyei. }

Caſtriferrei.
Johannes Horvath. } Pont.
Stephanus Talyan. }

Sopronienſis.
Nicolaus Faluſſy. Pont.
Johannes Fodor. Luth.

Moſonienſis.
Petrus Czapary. } Pont.
Andreas Tresztyanszky. }

Poſonienſis.
Valentinus Szenthe Vice Palatinus. } Pont.
Johannes Mednyanszky. }

Nitrienſis.
Johannes Hancsok. } Pont.
Gabriel Boſſany. }

Barſienſis.
Stephanus Quaſſay. Pont.
Johannes Boſſany. Luth.

Honthenſis.
Georgius Gerhardt. } Luth.
Georgius Dulo. }

Neogradienſis.
Stephanus Bezegh. Pont.
Paulus Györky. Calv.

Jaurien-

Digitized by Google

Jaurienſis.
Nicolaus Jvanyos. Calv.
Johannes Tarcsy. Pont.
Commaromienſis.
Franciſcus Radostich. Pont.
Jacobus Torkos. Calv.
Peſt, Pilis & Soldt.
Paulus Bélteky. Pont.
Caſparus Cseminczky. Luth.
Turoczenſis.
Emericus Huszar. Pont.
Franciſcus Juſt. Luth.
Scepuſienſis.
Balthazar Görgöy. Luth.
Stephanus Nemeſany. Pont.
Tornenſis.
Petrus Janka. Calv.
Abbauyvarienſis.
Petrus Dévény. Pont.
Stephanus Varady. Calv.
Zemplinienſis.
Paulus Szemere. Calv.
Michael Szentivani. Pont.
Borſodienſis.
Caſparus Onody. } Calv.
Andreas Aszalay. }
Gömörienſis.
Stephanus Göngyeſſy. Pont.
Matthias Istvanfy. Calv.
De Ungh.
Johannes Mokcſay. Calv.
Johannes Oroszy. Pont.
De Beregh.
Michael Kalnaſſy. Calv.
Nicolaus Keviczky. Luth.
Zolienſis.
Georgius Bezegh. Pont.
Stephanus Asguthy. Luth.
Liptovienſis.
Nicolaus Csemniczky. Luth.
Johannes Szentivany. Pont.
Arvenſis.
Jobus Szmeskal. Luth.
Matthias Reviczky. Pont.
Ugocſa.
Andreas Leskoczy. Pont.
Johannes Kovacs. Luth.
Zatthmarienſis.
Adamus Kende. Pont.
Stephanus Szakony. Calv.
Szaboles.
Petrus Nyakas. Calv.
Stephanus Megyeri. Pont.
Heves & exterioris Szolnok.
Michael Taſſy. Pont.
Franciſcus Bulyovszky. Luth.
Strigonienſis.
Georgius Török. Pont.
Trenchinienſis.
Georgius Tresztyanszky. Pont.
Stephanus Szulyovszky. Luth.
Sáárosſienſis.
Gabriel Kapy. Pont.
Stephanus Szirmay.

LIBERARUM, REGIARUMQUE CIVITAVUM, MONTANARUM, AC REGNORUM CROATIÆ, SCLAVONIÆ ET DALMATIÆ.

Caſſovienſis.
Michael Demöczky. } Pont.
Andreas Breüner. }
Tyrnavienſis.
Johannes Hellebrand. } Pont.
Stephanus Recſey. }

Digitized by Google

Poſonienſis.
Georgius Somody. } Pont.
Stephanus Tamalſalvay.
Leuchovienſis.
Johannes Fabricius Pont.
Samuel Beuer Luth.
Bartpheſis.
Jonas Henrici Luth.
Andreas Ocherlan. Pont.
Eperienſis.
Fridericus Weber } Pont.
Michael Stoſſel
Szakolcenſis.
Matthias Bosznay } Pont.
Erneſtus Sali
Trenchinienſis.
Michael Wranyay Luth.
Michael Jescenszky Pont.
Carponenſis.
Sigismundus Ocſovay Pont.
Johannes Hunipeder Luth.
Breznobanyenſis.
Daniel Chmelius Luth.
Thomas Padlicius Pont.
Veteroſolienſis.
Thomas Ebeczky Luth.
Nicolaus Berky Pont.
Cibinienſis.
Jacobus Grynæus Luth.
Samuel Feldmayer Pont.
Nagybanyenſis.
Georgius Penghò } Calv.
Georgius Dioszegy
Modrenſis.
Franciſcus Thedy Pont.
Wolffgangus Willandt,
Item N. Schreiber.
Bazinienſis.
Johannes Wizer Luth.
Stephanus Doloczky Pont.

Sopronienſis.
Johannes Serpilius. Luth.
Johannes Bartok, quô demortuo ſuccesſit Nicolaus Horvath. Pont.
Szent Györgvienſis.
Stephanus Kecskes Luth.
Andreas Nylasy Pont.
Septem Montanarum Civitatum.
Chriſtophorus Rauſcher } Luth.
Johannes Fiſcher
Daniel Frankfurter
Tobias Karasz Pont.
Samuel Smaydel Luth.
Valentinus Geletneky Pont.
Köszeghienſis.
Stephanus Nagy Pont.
Johannes Simony Luth.
Kesmarkienſis.
Jacobus Günther Pont.
Paulus Devay Luth.
Kismartonienſis.
Johannes Keszler.
Paulus Schvartz.
Caproncenſis in Croatia.
Georgius Mlinaries
Varasdienſis.
Andreas Husz
Michael Petrikovich
Zagrabienſis.
Jacobus Illiaſsich
Georgius Branyugh
Criſienſis.
Stephanus Falko
Andreas Benczay } Pontificii, quia Croatæ.

NOMI-

Digitized by Google